

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**


**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Animadversiones et discursus Dn. D. Hermannii Conringii  
In Tractatum de Republica Rom: Germanicâ, I. G.  
Lampadii - Cod. Durlach 200**


**Conring, Hermann**


**[S.l.], [17. Jahrh.]**

[urn:nbn:de:bsz:31-263757](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-263757)



Durlach 200






*Handwritten text, possibly a title or date, including the number 200.*






















ANIMADVERSIONES ET DISCUR-  
SUS DN. D. HERMANNI  
CONRINGII

In  
TRACTATUM DE REPUBLICA  
Rom: Germanicã,  
IG. LAMEADII.

Vulgo existimatur, Juris publici cognitionem eandem esse  
cum cognitione Status alicujus Reip. et qui illam habeat, etiam  
hanc habere. Verum illa sententia falsa est, et jam tum in  
praefatione ad Tacitum lib: de moribus Germanorum refutata.  
1. enim multa pertinent ad Statum alicujus Reip. quae LL.  
definita non est, nec etiam definiti possunt: Unde colle-  
ctum facile est, non idem esse jus p. et Statum alicujus  
Reip. nosse. 2. Multa in Rep. fiunt, quae LL. non sunt  
consentanea; inter Leges enim et ipsam praxin plurim-  
um inter est, quod potissimum videre est, cum Respubl:  
mutantur, tunc enim ne illa mutatio sentiat, praesca  
Leges in suo relinquantur vigore; secundum vero ipsas  
minime vivitur. Ad Statum autem alicujus Reip. pertinen-  
dum non tantum pertinet, quid obtinere debeat, sed quid  
etiam re ipsa obtineat. Idem jam Aristoteles observavit,  
dum ait: Multas Resp. LL. regias habere, actu vero et  
re ipsa tyrannicas esse. Et Romae quidem primis Caesarum  
temporibus, illud arcanum observatum fuit cum antiqua

Cons. Praetorum, Tribunorum nomina manerent, potestas  
autem omnis adimeretur, quae ante Caesares illis compe-  
tuerant, hoc fine, ut populo imponeretur, qui prisca auctoritas  
nomina, priscum etiam statum obtinere arbitraretur. Demum  
sunt qui putant, cognitionem alicuius Reip. consistere in eo  
ut scias, quid receptum et constitutum sit, v.g. quomodo  
Imperatores eligantur, a quibus eligantur etc. Sed haec non  
sufficiunt: Verum requiritur, ut noris, bene, an secus ita  
constitutum: quemadmodum non sufficit medicum agrotum  
curaturum novisse morbum, et ea, quae in sensu externo  
incurrunt, sed si feliciter velit curare, tenere debet causa  
morbi, et sciat medicinam admittat, nec ne.

Quaeri hic posset; num igitur omnino ius publicum  
ad status alicuius cognitionem non pertineat? Quod nego:  
et s. omnino requiri. Est enim pars cognitionis status  
alicuius Reip. Sola autem eius cognitione hanc ipsam  
non absolvi. Priusquam progrediamur, consideranda nota  
erunt duo vocabula CIVITATIS et REIPUBLICAE. Ci-  
tas est civilis hominum societas, instructa omnibus rebus  
quae ad civilem vitam et felicitatem obtinendam pertinent.  
Respublica vero est ordinatio seu constitutio omnium illarum  
rerum quae sunt in civitate pertinentium, ad obtinendam  
felicitatem civilem, imprimis summae potestatis, magistraturarum  
et iudiciorum. Potestatis summae vocabulum venit  
potestas ferendarum et abrogandarum Legum, belli et pacis

caerum, tributorum indicendorum, illa omnia novissime  
conveniunt ad cognitionem Reip. Proximi summe potestatis  
sunt magistratus, circa quos notanda sunt haec tria:  
1. quomodo magistratus obtineant 2. a quibus soleant con  
stitui. 3. Ex quibus, et quomodo. Circa notitiam iudicio  
rum notanda sunt quatuor; 1. quae nam, et de quibus reb  
iudicia obtineant 2. Quinam habeant potestatem iudices  
constituendi. 3. Ex quibus constituantur et quomodo.  
Ipsa ratio iudiciorum seu modus procedendi. Quicumq  
igitur vult Reip. aliquam accuratè nosse, illum attendere  
oportet ad omnia illa, quae ad civilem felicitatem obtinen  
dam spectant. Eorum autem alia animum, alia corpus, alia  
fortuna bona respiciunt, quae ut circa privatum hominem  
ita etiam circa Reip. sese habent. Inde animum novisse  
debemus omnium, vel praecipue Imperantium, deinde corpus  
an aegrum, an sanum sit, deinde bona fortuna, quibus omnia  
vivendi instrumenta intelliguntur, quorum alia sunt animata  
alia inanimata; Animatorum, alia rationalia alia irrationalia  
Pertinent igitur huc etiam servi, circa quos quomodo sese  
Reip. habeat multum refert, deinde sumenta etc. Ad inani  
mata pertinent divitia, quae sunt vel naturales, ut ali  
menta, ligna, aedes, vestes, quibus omnibus alia Resp. abun  
dant, alia, ut aliunde inferantur, opus habent; vel artifi  
ciales, ut nummi etc. in quibus pariter multum est situm,



Hæc et similia novisse, pertinent ad accuratam status a  
cognitionem, de quibus plura in præfatione ad Tac. de mor  
Germ. item in Disputatione de Regno. Lorrø Notitia Reip.  
seu status est vel præsentis vel præteriti. Præsentis no  
titia cum primis est necessaria, si voles consiliū Reip. dar  
quamvis etiam omnino præteriti cognitio requiratur, Multo  
etiam præsens status pro fundamento ex statu antiquo pos  
test habere, quæ quidem etsi non ad quamvis actionem neces  
saria, tamen ad perfectam præsentis status cognitionem multo  
faciunt. Comparari talis notitia potest, primum si teneatur  
civilis prudentia, eò ut melius totò quò cognoscere et de  
de rebus iudiciū ferre queas. Si enim Gallie Sta  
tum examinare velis, generali de Regni cognitione instr  
ctus sis, necesse erit, si Reip. Veneta, Aristocratia et  
Oligarchia etc. Deinde etiam necessaria est cognitio eo  
rum, quæ olim et nunc contingunt, illa autem vel proprio  
experientiā, vel aliunde ex rationibus fide dignis hominum  
prudentium. Ad cognitionem igitur status alicuius Reip.  
sibi comparandam, requiritur etiam familiaritas magnorum  
vironum, à quibus multa possunt cognosci, quæ aliis late  
huc pertinent etiam monumenta huius et veteris ævi  
arcana litera, tabulæ, diplomata, contractus etc. Ad co  
gnitionem igitur totò quò rerum præsentium alicuius Reip.  
non difficile pervenire, si exploremus, quid quotidie fiat

circa tota ratio, cuius sit potestas ferendarum Legum  
 de iudicanda pangerendi aut tollendi. Cum autem interdum ea sint  
 abstractiora, et multa in speciem fiant, quae revera aliter se  
 habent, requiritur civilis prudentia, quae instructus quis multa  
 potest perspicere, in qua alij rudes non penetrant.  
 Multa cognitionem tota omni rerum praeteritarum plura requi-  
 untur. Comparari autem potest ex omni generis monumentis,  
 non novis, quam antiquis historiis, contractibus (ut iam diximus)  
 quae etsi initio videantur leviora, tamen ipse usus docet  
 tantum momenti in se habeant, neque etiam illa quis intel-  
 ligere aut cum fructu in ius versari potest, nisi sit pruden-  
 tia civilis instructus. Cognitionem autem tota omni maxime  
 requirit cognitionem Politicam, perinde ut in arte medica  
 esse res habet, cuius, nisi quis gnarus sit, non potest iudicare  
 medicamenta sint ne salutaria, nec ne; Ita qui consilium  
 suggerere aut in Reip. versari cum laude volet, ei necesse  
 est civilis prudentiae cognitio. Caeterum flectendum nobis  
 iam est ad res Germanicas, quarum cognitio, unde et quomodo  
 acquiri possit, quibus in rebus consistat, iam venit in  
 specie dicendum. Notandum autem, omnes Principatus et  
 urbes potentiores, ut nunc quidem se res habet, peculiarem  
 quasi constituere Respublicam. Sunt enim Principatuum nostrorum,  
 perquam multi, qui quasi parva sunt regna; nec obstat,  
 quod Principatuum nomine appellentur, nomina enim non

sunt spectanda, sed res ipsa. 2. Illos Principatus et  
urbes tamen, quodammodo unum constituere corpus, quam  
quam vinculum, quo continetur, non sit adeo validum.  
Hinc apparet, cognitionem Reip. Germanicae, partim consistit  
in cognitione integri corporis, in quantum integri Principatus  
et urbes constituunt unum corpus, partim in cogniti-  
one singulorum Principatum et urbium; quae peritia  
aliquando est difficilior, quia sunt multi, et diverse con-  
ditiones. Interim tamen cuiusvis, qui aliquando cum laude  
et fructu versaturus est in consilio sive Senatu alicuius  
Principatus aut urbis, plenam et exactam cognitionem  
habere competit eius loci, in quo vivit; quae auctori eam  
efficiunt, in superioribus dictum; sed neque haec sufficit  
scire, verum oportet etiam illa novisse, quae ad compa-  
rationem totius Reip. pertinent, etsi enim cognitio particularis  
alicuius Reip. magis necessaria sit, cui quis se applicare  
instituit, tamen neque illa universalis negligenda in totum  
ad plenam partis notitiam, quia etiam requiritur cognitio  
totius. Cognitio autem totius ideo facilius est compa-  
rati, quia unum est corpus, unius autem cognitio melius  
potest comparari, quam multorum, deinde quoniam sum-  
mum circa illa indaganda, quae faciunt ad compa-  
rationem illam intelligendam, multa sunt literis tradita

8  
de singulis vero Principibus et urbibus non item. De  
illa nobis in posterum erit agendum, cuius tamen cogni-  
tio non nihil est intricatior, praesertim τὸ δῖοτι, secun-  
do etiam rerum veterum, quomodo sese semper habuerint  
nec non penetrare in illa omnia, quorsum tendant, quae  
sunt, aliquid difficultatis habent. Sicut autem diximus  
ad exactam Resp. alicuius cognitionem requiri prudentiam civi-  
lem, ita etiam ad Imperii cognitionem requiritur cognitio  
Politica, et quam maxime cognitio de Regno simplici et mixto.  
An vero Imperium nostrum revera sit Monarchia, an Regnum  
mixtum, infra ostendemus; iam vero videndum est, quae  
nam sint iura illa publica Imperii, et unde illa desum-  
enda? Quidam illa desumenda putant ex corpore Iuris  
Iustinianeus, de quo vide Praefat. ad Tac. de mor. Germ.  
quae sententia non satis probabilis; est quidem Ius Iustinia-  
neum satis praclarum, et nobis consilium bene constituendi  
regni dare posset, tamen non statim sequitur id nos obli-  
gare; nam in quantum Ius Iustinianeum sponte est rece-  
ptum, redegit id ipsum in Epitomen Joachimus Stopperus  
lib. 4. de vera Iuris prudentia; hoc nostrum publicum, quom-  
odum Ius omne Romanum, partim a Iure natura,  
partim Iure gentium dependet, partim utitur civilibus, non  
Romanis, sed Imperii nostri institutis, nam quaelibet Resp.  
habet Ius suum civile positivum et arbitrium. Ante omnia

autem danda est opera, ut cognoscamus iura illa, quae  
omnium recentissima, quae sunt, quae Osnabrugi et Monas-  
rii pacta sunt, instrumentum pacis, et deinde omnia Imperii  
decreta, constitutiones Imperii, quae passim in unum volu-  
men collectae habentur, non tamen quae ante Fridericum III  
latae sunt, excepta Aurea Bulla. Habemus igitur decreta pro-  
fer propter 200. annorum; reperiuntur etiam in illo opere, quae  
desiderantur. Quod autem praeteritorum seculorum non habet-  
antur, eius enim sanctior cura haberi modo cepit temporum  
Caroli V. constituta Imperiali Camera Spirensi. Frustra  
latim tamen non nulla, fide licet non satis proba collegit  
Melchior Goldastus, quo ipso aeternam meruit gratiam  
discernenda tamen accurato iudicio vera a falsis; solent  
enim pro libitu aliquid addere aut demere. Porro ad  
res veteres intelligendas faciunt plurimum leges Francorum  
quas Carolus M. Germanicis gentibus intulit, aut latas  
confirmavit, quas collegit Joh. Bosilius Neroleus; accuratius  
autem edidit Lindenburius in Cod. LL. antiq. Haec quo-  
dam legum vim iam non habent, tamen ad veterem sta-  
tum cognoscendum plurimum iurant. Praeter leges at-  
tenda imprimis acta publica quaecumque tandem fuerint  
horum quaedam continentur in tabulis, quae imprimis paranda  
dein quaedam historiis continentur rerum in Imperio gesta-  
rum. Tales historiae prodiret quae plurima, cum primis

tractatum est Theatrum Europaeum. Quod si quis manu feri-  
 mata accipere possit, haec ipsi magno erunt usui. Tractatus  
 acis Osnaburgae et Monasterij hactenus nemo publicavit, quod  
 illi publicarentur, multum jurarent ad cognitionem status,  
 quod latent in Archivo Imperij, non nihil prodijt multum afferens  
 utilitatis, in quo censu est Caroffe Liber Germaniae sacrae  
 avaritate, in quo plurima deteguntur Pontificionum consi-  
 lio, cum nunciis in aula Caesaris Apostolicis omnium  
 forum particeps esset, qui tamen ipsis Pontificijs fides in  
 scribulis. Pertinent huc etiam Scripta, quae hinc inde sunt edita,  
 ut ipse, qui bellum gesserunt cum Caesare ante bellum Svecicum  
 referri potest Cancellaria Anhaltina, et quae contra ipsum  
 edita, de ipse, qui bellum gesserunt, et similia. Res quod alii  
 et post annum 1630. gestas, multi descripserunt, quos inter  
 referendus liber Anonymus, cui titulus, Epitome rerum Ger-  
 manicarum magna prudentia et iudicij aequitate conscriptus,  
 nisi quod haec in eo consideres, quod conglomeratione multa-  
 rum in unam periodum rerum dicitur obsecutor fiat. Sunt  
 etiam et alij libri, qui merentur legi, imprimis bellum Svecico  
 Caesarem Gammithij, quamvis fere cum Gustavo Adolpho  
 exinat. Item libri illi Chronographici Francofurti cura  
 tenam editi, multum huc faciunt. Praeter haec attendenda etiam  
 a quae vulgo fiunt, et homines prudentes consulendi, qui versantur

in consilio et Rep. gravis conversatio perutilis est. Quod  
si pro ulterius velimus novisse res superiori seculo gesta  
peti eorum cognitio potest ex Sleidano ob prudentiam et  
diligentiam insignem. Sunt deinde qui continuaverunt Sleidano  
sed minime cum ipso comparari merentur. Qui in angulis  
Septentrionali et Saxonia vivunt, illis commendo Chronicon  
Saxonicum Davidis Chytrai, nec tamen solum res Saxonicas  
cas, quod alicui ex titulo videri possit, sed multas etiam  
alias continet, et licet fuerit Theologus, tamen peritia Imperii  
omnes sui aevi superavit; incipit a. 1500. commendo omnium  
illis qui in hisce terris vivunt, Albertum Cranziū, et  
quidem omnia eius, etsi non carant suis necis, cum primis  
vero eius Metropolim et Saxoniam. Eodem fere tempore  
vixit Aventinus cuius historia admodum praecleara, fide  
et prudentia singulari conscripta a Pontificis odio habetur  
ut qui Pontificum Romanorum vitia detegere non dubitavit.  
Nec movere aliquem debet titulus Amalium Bosporanicum  
nam ipsa totius Imperij res complexus est. Non possumus  
non etiam laudare Chronicon Spirense Lehmanni, imo omnibus  
reliquis preferre, qui res antiquas tractavit. Certe nemo  
santa prudentia aggressus est lectionem veterum historiarum  
ideoque ab ipso regno Franconum opus suum incipit, et quamvis  
libro suo titulum Chronici Spirensis fecerit tamen plures quam  
Spirenses res, imo totius Imperij complectitur. Illa enim pro-

...ntarum cognitio, effi similem non habeat utilitatem, quam  
 ...sentiam, suo tamen non caret fructu, cum per multa, quae  
 ...die aguntur, illis tanquam fundamento imitantur, ut ex illa  
 ...ibili inter Moguntinum et Coloniensem Electores de iure coro-  
 ...andi controversia liquido apparet, quod decidi nequit, nisi  
 ...sca respiciantur tempora. Ante Lehmannum Henrico Müllero  
 ...scribere conatus est historiam totius Imperij, qui quidem liber  
 ...ctus, sed nequaquam tamen cum Lehmanno comparandus.  
 ...ter praclarissima rerum nostrarum monumenta poterit nunc  
 ...ri Vir clarissimus Boeclerus, si pari, ut cepit, diligentia  
 ...tulerit in enumerandis rebus Germanicis a Carolo M. usq[ue]  
 ...tibus, hactenus tamen usq[ue] ad Henricum II. venit, reliqua  
 ...pectantur. Poterunt haec et similia etiam peti ex antiquis  
 ...toribus, quas in aliqua Volumina quidam colligerunt, inter  
 ...pos numeratur Marquardus Freherus Sclerus doctissimus,  
 ...stus Robertus, Christophorus Hostijus Basiliensis, Johannes  
 ...stus, Andreas Gernerus, et demum Melchior Goldastus,  
 ...ei omnes multum conferunt ad res Imperij cognoscendas.  
 ...nt extra illos historicos in Volumina redactor, etiam alij  
 ...iti cura Reineri Reneccij et Meibomij, in horum autem  
 ...riptionum lectione cum fructu nemo versari potest, nisi sit  
 ...abacto ingenio et civili prudentia instructus, adeoq[ue] tales  
 ...nt qui demum legi possunt ab ijs, qui sunt aetate adultiore  
 ...ropter defectum iudicij adolescentis aetatis et otij inopiam.



Quin etiam res antiquissimas à Tacito et alijs antiquis  
simis descriptas, si quis legat, multum iurat ad Imperii  
cognitionem, quin etiam aliarum gentium Europeanarum, quae  
omnes à Germanis descendunt et Germanos habent majorem  
Nam multa instituta, quae etiam ab antiquissimis veteribus  
temporibus adhuc obtinent. Ex hisce fontibus non nulli singu-  
lari studio, ad res Imperii Germanici illustrandas, et iu-  
cio accurato accesserunt, quorum numerus sat magnus  
inter quos tamen hoc discriminis, quod alij totam Rem-  
aliq selectos quosdam locos sumserunt illustrandos. Illi  
qui totam Remp. descriperunt, iterum duplicis sunt dis-  
tincti, alij enim prolixè, alij in epitomen Rom. Imperii  
conjecerunt, inter prolixiores eminet Lymneus de jure publico  
quo etiam pertinet eius liber de capitulationibus Caesaris  
Fuit ille ductus communi errore, quasi in cognitione Juris  
publici consistat cognitio status, indeq titulo juri publico  
insignivit. Sed tamen 1. multa in illis vastis libris  
dehiderantur spectantia ad cognitionem Imperii 2. Plurima  
ibi reperiuntur aliena, quae Lymneus non ex ipsis fontibus  
sed ex quibusdam novis scriptoribus sua petiit, nec idem ob-  
servavit seriem temporum, non tamen fraudandus homo dili-  
gentissimus sua laude, potestq esse insigni usui. Jam antea  
Lymneum Dominicus Animaus, eius Praeceptor idem conatus  
sed multum superatus à Lymneo, ut si quis Lymneum habuerit

non multum Arumicum desideraverit, quamvis primis rebus  
perij studium impenderit. Hic non magnam operam imponi,  
Christophorus Besoldus, tamen in eo multa etiam desideravit,  
circumfertur libellus, quo descripta Resp. Imperij, sed plerumque  
valde sepe et indigna Besoldo. Inter omnes autem Epi-  
scopos eminentissimus Campanus, quamvis multa etiam in eo deside-  
ratur, quae ad Resp. Imperij Germ. pertinent, etiam multa  
miscet ab hac materia aliena. Prodiit etiam Libellus Becken-  
Imperio, sed videtur scriptor juvenis accurato iudicio  
stitutus, nec multum habet momenti. Commendandus vero  
attias Stephani de Jurisdictione, Professor Gryphiswalden-  
item Laurmeisterus Cancellarius Halberstadensis Episcopa-  
rum presentium sic satis gravis. Varia Scripta, quibus  
Imperij explicata, in unum collecta a Simone Schardio,  
Cuius maiorem operam impendit Melchior Goldastus nomine  
Historiarum Imperialium edito libro. Eodem pertinent eisdem  
Goldasti cura edita duo vasta volumina Monarchiae Sa-  
Imperij, imprimis huc facit Goldasti replica contra  
Hardenum. In universum omnia Goldasti insigni rerum  
ritia, et optime de Resp. nostra menti, magno usui pote-  
runt esse. Fuit ille Nobilis Helvetus ex oppido S. Galli, vel  
in procul inde oriundus interdum solet dici Schillingus  
familia ab Gruningsfeld. Praclarum eiusdem scriptum  
de Regno Bohemiae, item de Majoratu. Eandem laudem  
meritus est Marquardus Freherus. Certi hi duo non habue-

erunt patrem, nisi in eundem censum referendus Le  
mannus, recentiorum etiam quidam varias Disputationes  
iuris publici collegunt, inter quos est Nucleus Juris pu  
ci editus Giesae. Sunt praeterea multi alij, qui postea  
indicabuntur. Hisce jam praemisissis nihil restat cur non  
opusculum nostrum aggrediamur. Antequam id fiat, opo  
est, ut mecum attendatis ad historiam illam, quam Au  
tor in Praefatione commemorat, de qua sic habetur:  
Quae narrantur in Praefatione de lapide mirabili et tra  
allato, desumpta sunt ex Thuanis, qui haec hausit ex Episto  
quodam Johannis Lipinij ad Antonium Mezaldum. Et  
vero non Thuanis duntaxat, sed etiam alijs praestantibus  
viris, inter quos et fuit Franciscus Calceolanus, qui ma  
gnis impensis ex Lusitania, imò India usq; lapillum istum  
sibi petijt, fuit visa narratio mereri fidem, est tamen  
tota fabulosa, imò nihil est in enigmatica quaedam de  
scriptio, quae cum totidem penè verbis reperitur in tot  
Fernelij lib: 2. de abditis rerum causis cap: 17. per est  
verisimile ab illo doctissimo viro enigma hoc inventum  
et descriptum esse. Tacite sc: Mezaldum perstringere  
voluerunt, quod totum sese daret novae naturae operibus  
scrutandis, cum ea tamen, quae inter et pra oculis nostris  
quotidie versantur, non minus, imò fere interdum plus  
admirationis merentur, atq; adeo sola sua frequentia  
enlescant

resciant. Splendorem lapidum Autor confert splendori Imperij, quod sub eo natus, sed hic ut plures alij errores dependent inde, quod putat Imperium nostrum Germanicum vere esse Romanum, quod tamen veritati dissentaneum, uti videre est in meo de Imperio Rom. Germanico libello, ut et lib. 1. de fimbriis. Observandum et hic ab Authore multa praemissa, quae ad hunc locum s. cognitionem Leip. non pertinent, incipit enim tertia demum parte rem huius loci argumentum.

AD PARAGRAPHUM PRIMUM  
PARTIS PRIMAE.

Agitur initio libelli non nihil de jurisdictione, quam prima editio pra se tulit titulum: de jurisdictione Imperij Germanici. Merito autem mutari illam inscriptionem statim in editione Batavia, quamvis et Tobia Laurmeistero et Matthia Stephani, et alijs viris erimjs similis titulus placuerit. Nec tamen ab ullo aliquo veteri Scriptore, unde vocum usum accipere par est, jurisdictionis vox accipitur pro regimine univrsae alicuius Leip. Quod ipsum vel ex ipis quae d. i. ipsemet Autor adfert (non enim primam significationem ullo testimonio probare potuit) manifestum est. Et tamen Autori nostro consilium fuit, omnem Leip. Germanici Imperij rationem exponere. est igitur omnis hac de jurisdictione tractatio ab hoc

argumento plane aliena, ac proinde non etiam est, quare  
in illam porro animadvertamus, veritati se: consentanea  
ne, Sufficit monuisse hunc Romani iuris locum voca-  
tionis Jurisdictionis ancipiti et multiplici acceptione obsequi  
atque impeditum prae alijs illustrasse et explanavisse Scipio-  
nem Gentilem et Bernardum Suthularium singulari  
utrumque libello. Vocabulum Jurisdictionis apud Romanos  
sumitur partim pro legibus et iuris statuendi facultate  
partim pro potestate secundum leges iudicandi, et posteriori  
haec significatio est maxime propria. Ratio est, quia  
Romani Praetores sic iudicandi potestatem concesserunt,  
ut simul concederent potestatem ferendarum Legum.  
Haec Jurisdictio bipartita Praetoribus integra mansit usque  
ad edictum perpetuum Praetorium per Salvium Julianum  
conscriptum auctoritate Hadriani Imperatoris constitutum  
quo illis tantum secundum leges iudicandi causas po-  
testatem reliquam fecit.

Quae D. S. usque tota parte prima disferuntur non  
ad doctrinam de Rep. Germanica, aut ulla aliqua singu-  
lari, sed cum universalis sint ad ipsam doctrinam Poli-  
ticam pertinent. Potuissent igitur, imo debuissent etiam  
haec ab Autore de Rep. German. diuturno tractaturo  
ab hoc argumento segregari. Sed et si illa ab Autore  
allata magnam partem quidem a vero haud disjuncta

et multa tamen rigidum examen haud ferunt, sed non est,  
parare is animadvertendis hic immoremur.

## DISSERT.

Haec universalia non debent tradi in singulari aliqua doctri-  
na Reip. cuiusdam, sed haec iam dum debent fieri, et pas-  
sunt cuilibet doctrinae permitti.

In §. 3. 4 et 5. Auctor agit de origine Rerump. mens-  
ur est, quod cum homines post lapsum Adami promi in  
reccata essent, ipsi de regimine quo improbi isti in officio  
contineri possent cogitarint, sed haec omnia rigidum examen  
non ferunt. Nam (A) quod Auctor noster hic statuit  
differentiam illam inter parentes et imperantes exortam  
esse ex hominum malitia post lapsum Adami, falsum est.  
Nam si homines nunquam lapsi essent, fuisset tamen ordo  
quidam parentium et imperantium, cum natura ipsa alia  
alijs fuisset prudentiores, ut adulti iuvenibus. (B) etiam  
ratione Sexus est naturalis distinctio, inter virum et feminam,  
mulier enim natura imbecillior et imprudentior viro. Nam etiam  
in statu integritatis si permansisset femina, mulieres etsi perfecti-  
ores fuissent, quam nunc, tamen non est dubium, viris ali-  
quando inferiores fuisse futuras, cum natura illud quod perfe-  
ctius, imperfectioni imperet. (C) Quod dicit Auctor propter  
improbabilitatem hominum necessaria fuisse imperia, inde non  
requiritur, necessarium fuisse imperium civile. Verum originem  
Rerump. quod attinet ita habendam, Aristoteles lib. 1. Politic.

putat hominem naturā esse animal sociale, veni hinc re  
sequitur ad civilem societatem, cum plures sint societas  
sermonis quoque usus non solum in civitate, sed etiam aliis  
societatibus esse potest. Fortius argumentum videt sequens  
sine quo homines non possunt beate et feliciter vivere  
ad id homo natura propendet; Atque homines sine socie  
tate civili beate ac feliciter vivere nequeunt. Ex. Sed op  
servandum requiri quaedam ad beatam vitam simpliciter  
ut illa, sine quibus hominibus plane bene esse non potest  
propter varias circumstantias. Ex. Minor non simpliciter  
vera, cum homines primo extra societatem civilem sint  
creati, et Patriarchae bene satis extra eam vixerint, im  
rim tamen sunt quaedam in humana vita, quae per acci  
dens efficiunt, ut homo non possit sine societate civili felici  
ter vivere, quorum duo sunt, hominum luxuria et malitia.  
Luxuria enim si absit, non tam multa reperiuntur, qui  
enim volunt luxuriose vivere, illis utique in magna socie  
tate videndum, ut suppeditari possint luxuria instru  
menta. Hinc in urbibus magnis quam felicissime vivitur  
posito quod luxuria requiratur ad societatem, illi autem  
qui in agris vivunt, etiam si sint ditissimi, misere vivunt.  
Secundum quam civilem societate opus, est malitia hominum  
nam qui in oppidis et urbibus vivunt, futi sunt a latro  
nibus, qui in agris, non item. Hodie vero non licet tuto  
et feliciter vivere, nisi in magna aliqua Rep. propter

intentionem et malitiam vicinorum. Alias si homines essent  
 simplicibus moribus, qualibus narrantur fuisse in seculo au-  
 reo, non opus esset societate civili, quod etiam illi intelle-  
 xisse videntur, qui aetates descriperunt; fabulantes in au-  
 rea aetate nullam fuisse felicitatem civilem, sed demum  
 seculo ferreo coepisse. Scopus maxime naturalis rerump.  
 est felicitas civilis, atq. adeo, ut possint etiam quodammodo  
 leganter et delicate vivere, et tuti sint ab injuriis aliorum.  
 Ceterum multae sunt Resp. quae vi quadam factae, coierunt  
 reg. hunc habent scopum, sed spectant felicitatem solam  
 eorum, qui imperant, et si illis sit bene, tunc creduntur bene  
 constitutae: haec autem minus sunt a materia, imo quodam-  
 modo magis a verbo.

S. 5. Quod hoc S. dicit Auctor, ex parte verum, ex  
 parte falsum, cum omnium rerump. ut henricum etc. non sit  
 scopus utilitas communis, sed primario in illis salo domi-  
 nantium spectato. Bene autem dicit Auctor, limititer regenda  
 Resp. dependere a scopo Resp. ut in Resp. commune commo-  
 dum spectante, ille scopus definit omnem regendi potestatem.  
 Nempe sine quo felicitas communis obtineri non potest, sum-  
 mae potestati commissum est, ut possit omnia ad eam dirigere,  
 ratio est, quia, qui vult finem, velit etiam media ad finem  
 auctoritate. Quapropter iustum civile est utilitas communis  
 vel Resp. quae fons omnis iuris civilis: et qui vult examinare



leges, illa quoque maxime estimanda a scopo, an ei sint  
ferenda, tunc bene se habent, si dispendaneae, male. Vid.  
Disfert: ad L. Theodos. Cod. et praefat. ad Stopperum  
libus. heribus, iustum civile aliter se habet, quia scopus  
est alius, atque adeo in ius iustum, sine quibus denominantes  
non possunt esse felices, atque ex utilitate dominantium ibi  
omnia definienda. Hinc non omnino errant, qui iustum  
estimant status rationem, quae ipsa utilitas est Resp. vid.  
cap. 2. de civili prudentia. Errant tamen in eo, qui  
putant rationem status exigere iniusta, cum tantum ta-  
men honesta erigat. Sic summae potestati competit  
potestas ferendarum legum, quia, sine qua nulla Resp.  
potest esse salva, illud competit summae potestati: Atque  
sine legibus Resp. non potest finem suum obtineri, nec  
salva esse. Es.

§. 6. Vult Auctor: Quod omnia illa sine quibus  
Resp. felix esse possit, non pertineant ad summam pote-  
statem, et ex adverso, sine quibus vita non potest esse  
felix, ea pertinere ad eam.

§. 7. Verum hoc est varijs occasionibus homines  
cepisse civilem felicitatem, interim certum est, ob causas  
supra enumeratas, scilicet: ob luxuriam et malitiam omnium  
societatem civilem coepisse.

§. 8. Hoc itaque vult Auctor, in quantum homo vult

civilis felicitatis particeps esse, in tantum obstrictus est  
 felicitati civili, sed integra aliqua felicitas consistere  
 nequit, nisi alij pateant, alij imperent, nam si omnes  
 velint libertate communi frui, non possunt in civili socie-  
 tate feliciter vivere. Sic Romani semper aspirare ad nimiam  
 libertatem, hinc soluta fuit horum societas, cum amplius  
 parare noluerunt, sublato enim ordine parentium et impe-  
 ratorum, soluta in simul omnis societas civilis.

S. 9. Quapropter ut civilis obtineatur felicitas, necesse  
 est, ut imperantes instructi sint potestate coercendi ac plecten-  
 di fontes, alias enim ordo degenerat in Anarchiam.

S. 12. Quæritur: In quantum Populus debeat obedire  
 Magistratui? & Teneri illos, quatenus obsequium illud ten-  
 dit ad scopum civilitatis, adeoque in herilibus Rebus. in quan-  
 tum requirit utilitas dominantis; in civilibus in quantum  
 utilitas communis. In Rep. simpliciter optima, omnia quæ Reip.  
 sunt iustitia, honesta, in alijs autem non simpliciter  
 optimis, parum a naturali statu abeuntibus, quædam insti-  
 tuta sunt iustitia vicina, quæ autem plane abeunt a  
 naturali statu, non possunt servari nisi iniusta et honesta  
 multa admittantur, quia ea Respublicæ sunt iniusta non  
 autem necesse est, ut omnes leges in eiusmodi Rebus. sint  
 iniuste, sed quædam. Civiliter igitur iustum est, sine quo  
 Res. servari non potest, quod si fuerint iusta, civiliter

quod est revera et natura iustum, si minus, pariter quod  
aliter sese res habet de iusto civili. Fons proinde omnis  
iusti civis est ratio status et utilitas Reip. Multa videntur  
iniqua et iniusta, et revera talia non sunt, ut si forte sub  
ditorum quidam propter salutem publicam, quae aliter ser-  
vari nequit, damnum patientur, non est iniquum, et si posset  
videri, cum quilibet saluti Reip. sit obstructus animi et  
fortuna bonis, imo etiam ipsa vita, et quoties sine illa  
salus Reip. obtineri nequit, tradat eam necesse est. Quod  
licet durum ac grave sit, non tamen iniustum. Dulce enim  
et decorum, pro Patria mori. Et minus malum semper ha-  
bet rationem boni, iam vero melius est unum caput necesse  
dare, quam totam Rempublicam interire. Legendus de his Cicero  
lib: 3. Officiorum. Iustum civile, sine quibus Reip. salvum  
esse haud posse dicimus, duplex est. Aliud ad ipsum reg-  
men pertinet, aliud ad felicitatem civilem, a priori genere  
promanant iura publica, quae ad ipsum statum spectant,  
et ex usu et commodo regimini publici sunt estimanda,  
quod regimen, sine quo salvum esse non potest, id est ius  
publici. Talia autem vel sunt communia omnibus Reip.  
ut maiestatis iura, uti sunt potestas ferendarum LL. belli  
gerendi etc: quia nulla Reip. potest conservari nisi ali-  
quis sit, qui istam potestatem habeat, vel sunt propria

cuius statum, sic ius publicum Romanum alios statum, Democriticum, aut Oligarchicum corrumpere. Alia sunt iura priuata ex altero genere profluentia, sine quibus Reip. non potest esse bene, quae petenda ex utilitate priuata ciuium, quod raro solent abire ab honesto, licet interdum aliquid duri habeant, et hoc est fundamentum iusti ciuis.

D. 13. In hoc quaeritur: Quousque se extendat potestas illa regenda Reipublica? R. breuiter: ad omne illud, sine quo Reip. non potest esse salua. Desinit autem obsequendi vinculum quo parentes obstricti sunt imperantibus non statim, cum Reip. in grauiora mala, unde apparet, teneri subditum ipsam vitam et fortunam pro Imperanti profunderet. In Reip. communi commodum spectante subditi obsequium prestare tenentur tantum diu, quam diu id commodum commune exposcit. In illa autem ubi primario Dominantium salus quaeritur, magis sunt obstricti subditi et eo usque diu obsequium ad salutem dominantis facere vident et manifestum est. Si autem videant plane non posse suo obsequio prodesse saluti Imperanti, etiam sibi met ipsis consulere possunt subditi.

D. 16. Hinc scitur vult probare rem sacrarum curatio nem spectare ad Politicam potestatem, modus autem probandi obscurus est, quae enim de iustitia dicuntur, valde sunt ambigua. Si I. de naturali iustitia loquitur, verum est, nullam Reip.

esse que nihil de ea habeat, tamen multas esse Resp. ab illa  
iustitia multum disidentes constat. Sic in ipsa Rep. iudicium  
multa que iniqua videri possint, permixta sunt. In omni etiam  
Republ. multa instituta sunt a iuribus nature distincta,  
imo quaedam quoad contraria et iniqua, longe igitur clarior  
argumento probari potest h. m. Sine quibus Resp. salva esse  
non potest, illud in omni Rep. necessarium requiritur; Alteri  
sine curatione rerum divinarum et humanarum de: Et illa  
in omni Republica est necessaria. Minor probatur 1. quia  
impossibile est, ut inter homines constet societas nisi colant  
Deum, religio enim et cultus divinus iustitiam conservat  
absq. qua societatem consistere non apparet. Unde constat in  
Rep. a Deo non debere tolerari. Nisi enim firmiter persua-  
sum fuerit civibus esse Deum, qui bona facta premijs, mala  
penis afficiat, omnes in omni generis vitiis et peccatis ruerent.  
2. Requirit hoc ipsa iustitia naturalis, ut qui vivunt in  
societate civili Deum colant, cum Deus sit auctor omnium  
bonorum, et eius cultus neglectus in Rep. inducat mala  
gravissima, ut igitur bona tribuat, mala averuncet, co-  
lendus est. 3. Omnibus in Rep. viventibus id faciendum  
quod recta ratio praebet. Et quo primo argumento con-  
victi etiam ipsi a Deo, ut fateantur in Rep. necessariam  
esse de Deo et eius providentia opinionem, in quorum nume-  
ro est ipse Machiavellus, parcus et infrequens Dei cultor.  
Hinc in omnibus Rebusp. inter maxima et potentissima vincula

societas religio erga Deum habita est, nullus enim totus  
 populus nunquam fuit a Deo. Hinc etiam quilibet summa  
 vestis credidit ad se pertinere curationem rerum divinarum  
 non nonnulla ipsam summum sacerdotium sibi attribuere. Si  
 eges Rom: sacra peculiariter obierunt, quibus pulsi creati  
 eges sacrorum, nec opus est singulana exempla adducere  
 un liceat ad omnes Resp. provocare. Contra hanc sen-  
 tentiam pugnant hodie Pontifices Rom: qui sibi solis curam sa-  
 crorum a Deo commissam esse, et multis abhinc seculis per VI.  
 et VII. nugantes in orbe hoc occidentali plerumque sacra ad se  
 traxerunt, et eo ipso monarchiam sacram statuerunt pretextu  
 religionis: Ideo cum Carolus V. multa sacra ordinaret, a Julio III.  
 papa vehementer oburgatus, quasi in aliena iura inviolasset.  
 Sed argumentum quo Pontifices sibi tantam arrogarunt vim nullum  
 aliud est quam quod Pontifices sint successores Petri, huic autem  
 curam Ecclesie a Salvatore commissam et super eum adificatam  
 Ecclesiam dicunt. Coeterea hoc argumentum nullig est ponde-  
 ris, quoniam ex nullo Scriptura dicto ostendi potest, soli Petro  
 Ecclesie curam commissam esse, et super hunc solum Eccle-  
 siam exstructam. Illud dictum autem: Tu es Petrus et super  
 hanc petram adificabo Ecclesiam meam, nemo Latron inter-  
 pretatus est de solo Petro, sed ut super omnes Apostolos ut  
 hoc: est structa Ecclesia dicatur. Deinde etiam non  
 requiritur: super Petrum condita est Ecclesia, Et etiam super

Pontificia Rom: Nam Pontifex ex parte Successor Petri  
ex parte non: De interpretatione huius Dichi videri potest  
Cassaubonius in exercitationibus suis ad Baronium, et con  
cusio fidei Pontif. mea relat. c: 3. Si autem est Vice-De  
Pontifex Rom: ostendet documenta, sine quibus nemo amittit  
Contra Pontificios ita argumentamur: Si est a Deo summa  
potestati erepta potestas circa sacra, factum id oportuit  
claris et perspicuis verbis, cum Deum occasionem turbid  
et motibus dedisse, impium dictum sit, Atqui hoc in sacris liti  
ris non reperitur. Et Item: Quodcumque Reip. omni natura  
competit, illud ipsum a Deo aut permixtum aut non permis  
si est permixtum, non competit Pontifici Rom: sed cuiuslibet  
summae potestati. Si non permixtum, utique oportet illam po  
testatem verbis claris et disertis esse summae potestati ereptam  
quod tamen ex sacris literis nunquam probabitur. Nusquam  
enim legimus summae potestati, quod natura illi competit, ius  
cui ammentatur cura sacrorum, eripuit. Tum etiam senten  
tia haec Pontificum Romanorum nova, nam Caroli M. L. Anse  
gisi collegit, quae sunt de rebus sacris constitutiones, quae  
iam tum clancularis tamen artibus id egerint Pontifices, ut  
sacra ad se paulatim attraherent, paulo post tamen alia re  
facies esse coepit, imprimis tempore Gregorij VII. Pape, qui  
primus Monarcham egit sacrorum. Mariet tamen firmum ad  
summam maiestatem curam religionis pertinere. Sed hic non  
esse offert difficultas, quoniam colenda religio? cum eis sint

variae species, pagana, mahomethana, cuius et duae sectae, una  
 Persae, altera quam Turcae sequuntur, et alij in hoc con-  
 veniunt, quod Mahometem summum Prophetam existunt. Persae  
 etiam praeter alios etiam habent et colunt imprimis Halo.

Quaeritur: Quousque ius in curanda religione summa potestati  
 competit? § 1. istuc ut summa potestas populum per religionem  
 officio contineat. 2. ut Deus sincere colatur, et quamvis, ut  
 supra dictum de cura rerum sacrarum ita disputent Pontificij  
 theologi, tamen Reges et Principes permittunt Bullas pontificias  
 nisi a se recensitas promulgari. In Germania fortasse ad Impe-  
 ratoriam aulam Bulla censenda non transmittuntur, ipsorum  
 tamen Episcoporum nonnulli sibi tribuunt eas recensere, et pro  
 habitum non nunquam omnino non promulgare. In Gallia certe  
 concilium Tridentinum, cuius tamen apud Pontificios maxima est  
 auctoritas, non est promulgatum. Ut adeo hinc constet, non ut  
 solent Pontifices a Regibus et principibus ipsis relinquere cura-  
 tionem sacrorum, et quidem iure Reges et principes id agunt  
 cum alia non plenam, sed saltem a Pontifice dependentem  
 potestatem haberent, adeoque tantum Magistratus officio fungi  
 viderentur. Nonnulli putant religionem, quae in Rep. obtinet, ser-  
 vandam esse, nec omnino immutandam, cuius sententia est etiam  
 Recoenas apud Dionem in consilio quod de Augusto de Rep.  
 ordinanda, quo etiam pertinet eruditissima Agrippae Oratio.  
 eandem sententiam fovent plerique Historum sub Caesaribus paganicis  
 imprimis vero Ulpianus religioni Christianae infensus fuit,



qui sacra christiana essent opposita receptis sacris, eodem  
animo multi in aulis versantes Principum sunt, quia licet  
religio recepta habeat aliquid falsi, tamen apta sit eorum  
ratione continendo populo, metuendum enim, ne per mutatio-  
nem religionis ipse status Reip. mutetur. Hinc Politici tam in-  
tentum sunt recepta sacra retinendi, et videtur haec sententia  
fatis plausibilis, si enim falsa religione possit obtineri in  
Reip. quod requirit status Reip. et quod a vera religione  
expectandum. Sed primum falsum est, quod assumitur pro-  
vero, quod scilicet: quamvis religio ~~potest~~ etiam falsa possit  
prestare id, quod vera religio potest: nam multae religiones  
tales forent sententias, quibus non potest non corrumpi homi-  
num vita, quibusque homines potius incitantur ad scelera.  
Talis fuit religio Pagana, quae sane non fuit apta hominum  
moribus corrigendis, sed alliciendis hominibus ad scelera. Illa  
coegit homines ad Deos colendos et immutandos, quos ipsa genti-  
tas credebat omnibus sceleribus esse pollutos. Certi quaedam sacra  
tam spurca fuerunt, ut gentes moratiores ea reiecerint, ut Livius  
testatur de Rom: in Bacchanalijs recipiendis. Secundo, famelica  
religio sit apta ad continendum populum, et ad virtutem sectan-  
dam, atamen falsa religione Deus non placabitur, quod in  
quo Deus ei faueat, tamen necessarium est. Attenim argu-  
mentum quod attinet, mutationem religionis, mutare statum  
falsum est, nam non quavis mutatio hoc facit, sed ea tantum  
quae conjuncta est cum tumultu et furibus, quod praecaveri

test; qualem in modum tribus seculis prioribus coepit religio  
mestiana absq; ullis motibus, ita ut nihil plane Christiani tenta  
ent contra Kemp. sed docendo fuit propagata: nisi quod tem  
oribus Caroli M. vis quaedam accesserit, et vi ad religionem  
Christianam adacti pagani. Verum ante quam pergamus, itenon  
era difficultas hic discutienda venit.

Convenitur enim: Num liceat summa Majestati sacra in  
emp. inducere vi, nec ne. Cum summa potestatis sit, operari  
are, ut recta religio in Rep. obtineat. Verum enim vero  
mmis Religio solet vni principis duonem generum, aut ex rca  
atione s. natura notis, aut ex revelatione perinde ut res sese  
abet in iure, quo aliud jus naturale, aliud positivum.  
hristiana religio multa natura nota, multa quoq; ex revelatione  
vina patefacta. Posterioris generis sunt Incarnatio et Passio  
misti, quae absq; revelatione mira et incredibilia videri possunt.  
ariter sese res habet circa religiones alias, nulla enim fuerit  
sa non ex revelatione multa habuerit. Sic Pagani a Daemonib;  
lecta sua edocti, nec enim illa ab hominibus fuere ficta. Mahome  
rani quoq; plurima habent ex revelatione Mahometis, quem  
li ut nos Christum colunt, cuius dogmata, ut nos libros  
vangelicos observant, in uniuersum nulla sacra fuerunt, aut ad  
ic sunt, quo non magnam partem debeant revelationi. Non  
item eodem modo circa haecce genere sese debent summa po  
esteter. Natura autem notum est, esse aliquod numen, a quo

omnia dependent, habens curam rerum humanarum, quodq; sit  
bona praemii, mala paenis remuneraturum, illum esse Deum  
omnipotentem, omniscium, unicum, maximum, colendum in  
modis quibus numerus potest gaudere; omni genere virtutum  
et actionum bonarum. Talia omnino omnis summa potestas  
II. ita definire debet, ut etiam praemii et paenis adigat in  
hanc religionem servandam, quia sine illa religione natura  
nota, nemo in Rep. vivere potest. Nam si fuerit persuasum  
Deum non curare humana neq; omnia scire, neq; esse omni-  
potentem, nemo virtuti studebit. Si contrarium fuerit per-  
suasum, continere homines in officio possunt. Unde apparet  
licere summae potestati gravissime animadvertere, qui homines  
quos in dubium vocat, aut illis opere adversetur. Mirer  
autem sese habet de iis, quae nobis per revelationem innotu-  
erunt, sunt illa quidem verissima, neq; sine illis aeterna  
felicitas obtineri potest, sed non sunt talia, ut non possit sine  
iis civilis felicitas obtineri. Alias enim Deus ab initio talia  
revelasset. Itaq; sic argumentamur: Quaecumq; non faciunt  
simpliciter ad obtinendam felicitatem civilem, ad ea non possunt  
paenis ab imperantibus subditi adigi. Atqui talia sunt divinitus  
revelata, Es. Interim et si non per vim, famen omnibus aliis  
modis, quibus potest summa potestas tenetur rectam propagare  
religionem, quia majestas debet curare, ut civibus sit non solum  
in hac, sed etiam in futura vita bene. Tum debet operam  
dare

care, ut Deus quam maxime placeat, quod non nisi vera  
 et pura religione effici potest, quamvis varia hæc de re sint  
 sententia. Superioribus enim temporibus, præsertim tribus pro-  
 ximis sæculis edita scripta nihil habent, quæ possit probari,  
 quæ divinè revelata sunt, vi esse imperanda et obtru-  
 denda, quin imò contrariam hanc sententiam primitiva Ec-  
 clesie tenuerunt. Sæculo IV. et V. errantes in religione alij  
 Imperatores inter alios graves fuere, ut si horum sæculorum  
 auctoritate standum sit, non facile appareat, quam in partem  
 sit inclinandum, in Codice Justiniano reperire licet L. ii.  
 hæreticos graves, atamen in ipsam vitam non servitum, sed  
 panis tantum, nec tamen omnes coerciti: quando obser-  
 vandum ex historijs L. ipsas non exercitas, ut tantum  
 in errorem late possint videri. Post illa tempora non invenio  
 per complura sæcula, fùm in orientali, fùm in occidentali  
 Ecclesia gravibus supplicijs animadversum in hæreticos.  
 Sæculo V. Priscillianus quidem capite plexus est, non autem  
 simpliciter quod hæreticus esset, sed magia et blasphemijs  
 infamis. Sæculo autem XIII. gravissimè gladio, vivi comburto  
 è flamma à Pontificibus servare cepit, ut exinde quasi hære-  
 ticonum supplicium proprium flamma fuerit. Hac occasione  
 instituti inquisitores, qui in hæreticos inquisiverunt, et eos flam-  
 mis emanciparunt. Hac sententia etiam postmodum transire  
 in jus canonicum, secundum quod iustum et flamma animad-

vertere in haereticos. In iure autem civili Romano nihil  
tale statutum. quod perlegendi titulum C. de haereticis pa-  
tescit. Superiori seculo facta per universam Europam in-  
genti religionis mutatione, qui Pontificijs adhaerunt, ean-  
dem retinuerunt sententiam. Protestantes autem non omnes  
idem sentiunt, cum antea omnes docuissent cum adhuc sub  
cruce essent, nefas esse vim adhibere in religione propagan-  
da, nobis autem nostris ei firmatis et auctis, et transiuntibus  
multis magnatibus ad nostram Religionem multi Theo-  
logi a pristina sententia recesserunt. Nonnulli autem mo-  
rationes docuerunt, vi esse gravissimisq; paenis in illos ani-  
modoverendum, quod simul seditionem praeberent coeteros  
in exilium pellendos. Primus Calvinus Geneve extulit fa-  
cem inter suos ad haereticos graviter puniendos. Michaelen  
enim Servethum Hispanum, Anti-Trinitarium auctoritate  
Senatus Genevensis lenti flamma comburi curavit. Non  
multo post Berna Valentinus Gentilis male et ipse sentiens  
de divinitate Christi, capite plexus est. Haec res multas tur-  
bas dederunt, et prodierunt pro supplicijs dunt haereticorum  
Scripta varia, imprimis Theodori Bezae discipuli Calvini  
assensu etiam sunt multi de nostris. In Batavijs haec in-  
re multum dissentitur, qui semp. administrant, statuunt  
permittendam conscientijs libertatem, modo nihil seditionis  
moveant, aut atheismum foveant, et in permessa conscientijs

libertate, hi ipsi securitatem rationem status sui collocant.  
Theologi plerique ibidem statuunt, licere illas graves penas  
in hæreticos, demonstrantes autem mitiorem sententiam sequuntur.  
Nostrorum partium Theologi neque ipsi idem statuunt, ut  
adeo si ex opinione doctentium hæc controversia sit deciden-  
da, in ambiguo relinquatur, quæ pars præsertim sit sequenda.  
Singulari vero opusculo Theologorum varias hæc de re sen-  
tentias Argentorati edi curavit Joachimus Clutenus Magiste-  
r polus et juris prudentia insignis decus; item de penis hæreti-  
corum quidem Minicæsum se appellans libellum edidit. Nostri  
autem plerique mitiores sunt Calvinianis. Quod attinet Poli-  
ticos nostri temporis, nec illi conveniunt, Lippius dubitavit  
decere utendum et secandum, cum adhuc Professorem  
ageret in Babaria, quo odium sibi ingens concitavit. Et  
hæc causa eum ad Pontificios deflexit. Non dubitavit contra  
Lippium librum evulgare lingua Batavica Theodorus Corn-  
hardus, pictor indoctus, sed valde ingeniosus, respondit  
ibi Lippius libro isto adversus Dialogistam, quo intellexit  
hunc ipsum Theodorum Cornhardi, qui librum instar Dialogi  
fecerat, eo libro sane docto propugnare tantum esse foren-  
dam puram religionem in Rep. et servendum quovis modo  
in dissonantes, et quidem lingua latina, quam interea tem-  
poris addidicerat, Thomas Morus in Utopia sua, in qua

exartissimam formam alicuius Reip. depingere voluit,  
dicit, sanxisse Utopum, ut cuius religionem, quam vellet,  
amplecti liceret. Hic tamen inde plane aliter se gerit, cum  
esset Cancellarius Henrici VII. Angliae Regis, et gravi-  
ter animadvertit in Protestantem tum primū ibi nascentem.  
Principes quoque, et Reges diversimode sentiunt. In  
Turcia enim, Polonia, et Batavia libertas religionis  
permittitur, ex adverso alij Reges et Principes non dubitant  
gravissimis poenis in hereticos javire, sed ad controversiam  
hanc decidendam hypotheses quasdam nos praemittimus,  
quibus quaestio determinabitur. Prima est, religio una vera  
et perfecta convenit Reip. quae est simpliciter optima, at in alijs  
non etiam simpliciter optimis potest error aliquis in religione  
intervenire. Casus posterioris census sunt omnes fere Reip.  
universi orbis, in quibus multa tolerantur et dissimulantur,  
necesse est, quae minime concederentur, si ex voto optima Reip.  
essent: nam haec Iudaica Reip. ex voto optima a Deo insti-  
tuta potuit, et ideo multa propter Geduzogoo tam per-  
missa: ita etiam in religionis negotio se res habet, nec  
possunt in eo omnia ad summam perfectionem pervenire quod  
ostenditur parabola de fructu tritici et zania mixto. Ut igitur evi-  
tetur magis malum, Magistratum conveniendum est ad errorem  
interdum in religionis negotio. Nam et hic habet locum illud  
tritum: E duobus malis eligendum est optimum. Secunda haec  
etiam Magistratum competit prudenti omnibus modis, quibus

fieri licet, etiam divinitus revelata, ut in Rep. obtineant  
 et valeant curare, modo status civilis id permittat.  
 Tertia hinc liquet, competere bono Magistratui docendo  
 veterem religionem propagare, et magno opere curare, ne  
 dehinc Doctores, qui possint errores bonis rationibus con-  
 vellere et errantes in viam reducere, imo per solam doctri-  
 nam potest religio Christiana propagari. Quomodo ab  
 initio in Imperio Rom. et per totum orbem vera religio  
 propagata est, si Christus saltem iussit Apostolos docere,  
 non autem armis instruxit, sed miraculorum donis. His autem  
 non est opus ad haereses convincendas, cum ille satis possint  
 revelli Scriptura Sacra et recta ratione. Quarta propaga-  
 tio vere doctrina potest a Magistratu etiam fieri praemijs  
 extra ordinarijs. Ordinaria in Rep. sunt honores, et alia  
 quae solent ordinarie civibus in Rep. conferri. De illis  
 hic non est sermo, quoniam etiam in nonnullis factum fuerit  
 regnis. Sic in Colonia Reges ad Pontificia dogmata invi-  
 tari conati sunt Proceres, quod solum Pontificiae Religioni  
 deditus, vel certe hoc praeter alijs ad munia Reip. admitte-  
 rent. Ea ratione Sigismundus plurimos ad suam religionem  
 deduxit. Idem in Gallia ante 30. annos tentatum, quo ipsi  
 permulti ad pontificiam religionem transierunt veritati  
 lucra et honores praeposcentes, quod ipsum indicat Salvator  
 parabola de semine vario, solo petroso, spinoso etc. injecto.



Sed in omni Rep. non licet homines ad veritatis profes-  
sionem provocare, quia in multis Rebus hoc fas non est,  
cum in illis, qui falsam, quam qui veram religionem am-  
plectuntur Reip. muneribus admoveantur. Sic cum in-  
iuria conjunctum fuit, cum Sigismundus proferre morem  
solos Pontificios reliquis Reip. muneribus exclusis coherens  
admovent. Quarta haeretica sententia alia opposita  
sunt dogmatibus istis, quae per revelationem innotuerunt  
alia, quae natura et ratione sunt nota. Sic plerique pri-  
ncipium haereticorum ipsis principibus natura notis adversari  
sunt, cum crederent alij mundum a malo Demone cre-  
atum, alij profiterentur perinde esse, sive bene sive male  
agere, quod dogma etiam a Pontificis nobis solet ob-  
ijci, d. valde injuriose. Similiter nec hodie quidem de-  
sunt, qui dogmata recte rationi adversa foreant. Sic  
recte rationi adversatur, licet Pontifici Reges, prout  
placet, de solio deicere, subditos juramento solvere post  
Pontificem juratam fidem rescindere, eidem competere cu-  
ram omnium sacrorum. Quae dogmata everfunt haec  
Anabaptistarum non nulli quocumque, quorum ingenium discernere  
est, nisi quod in eo conveniant, omnes non nisi auctores  
esse baptizandos, qui profitentur non licere Magistratui  
gladio aut alia coactione contra improbos uti, recte  
rationi repugnant. Eodem facit ipsorum insensum dogma

esse sanctum Dei populum, sibi competere in omnia  
 regna arma expediendi a Deo datum, quorum numerus  
 adhuc non exiguus est in Anglia Quaders dicit, qui ipsi  
 Protectori, quia antea ipse defendit, plus satis molestiae  
 facerunt. Sexta hinc constat, hereticos illos, qui natura  
 mota religioni repugnant, non esse in Rep. tolerandos.  
 Et hinc etiam potest decidi nobilis illa controversia, cum  
 Jacobus, Rex Angliae initio huius seculi Pontificis praeser-  
 tim praescriberet iuramenti formulam, quo se obstringere  
 Regi debebant. Extant de ea re multi libelli, ipse Jacobus  
 duos edidit, quibus titulus: Triplici nodo triplex Cuneus,  
 et Apologia pro iuramento veritatis. Pontifex autem mani-  
 mus nempe Romanus formulam illam iuramenti improba-  
 vit, misitque Epistolas duas in Angliam, dehortatusque est suos,  
 ne id iuramentum. Sed si ipsa formula inspicatur, liquidum  
 est, quomodo in eo a subditis suis postulet esse iustum et na-  
 turam notum, primaria eius Scripta haec sunt. 1. Se nempe  
 Jacobum esse unum Regni sui Monarcham. 2. Omnes, qui  
 in regno suo viverent, debere iuramentum fidelitatis praestare.  
 3. nemini fas esse, subditos ab illo iuramento absolvere.  
 Procerum autem Angliae plerique, quicquid reclamaret Ponti-  
 fex, approbant, Jacobus Rex ab omnibus illud iura-  
 mentum eregit, alias liberum cuiusque religionis exercitium  
 relinquit. Septima, exacta observatio eorum dogmatum

Religionis Christianae, quae nobis per revocationem innove-  
runt, propriè non pertinet ad felicitatem civilem,  
1. Quia Deus instituit Remp. suam, in qua illa dogmata  
non sunt observata. 2. Christus nunquam observantibus  
religionem Christianam revelatam felicitatem promisit ter-  
renam, sed coelestem: et licet Apostolus dicat: Pietati  
promissio facta huius et futurae vitae; tamen id intelligi  
debet de pietate naturali, quia imò Christus sectatoribus  
suis arumnas et calamitates huius vitae praedixit.  
Octava. Quodcumque pertinet ad Officium alicuius summae  
potestatis, illud natura notum est, nihil autem divinitus  
revelatum. Nam nihil dicitur in N.T. de summa potestate  
quod non sit natura cognitum. Hinc apparet, non esse  
ex revelatione divina expectandum, quid liceat summae  
potestati circa religionem et dogmata vel docenda vel prohi-  
benda.

Hisce Hypothesibus positis, constat, per vim non esse  
fas imperare illa, quae revelatione innoverunt, quia  
tale Imperium non permittit summae potestati lumen natu-  
rae nec injunctum per revelationem divinam; Lumen ratio-  
nis non permittit, quia illud tantum ea vult imperari  
a summa maiestate, quae pertinent ad civilem felicitatem  
ad illam non pertinet dogmatum revelationem observatio.  
Verisimilior igitur est sententia, negans fas esse vi impe-  
rare divinitus revelata, aut ab ijs aberrantes vi ad veri-

atis professionem adigere, hoc argumento: Quacūq;  
 non tendunt ad scopum felicitatis civilis, illa non per-  
 tinent ad summam potestatem, quae Propositio maior per  
 se est nota. Minor est; atq; observatio eorū quae nobis  
 per revelationem innotuerunt, non proprie tendunt ad fe-  
 licitatem civilem, ut ex hypotheseb; iam constat. &.

Secundo qui modus propagandae religionis ab ipso Christo  
 est improbat; ille in Rep. non est ferendus. Haec maior  
 idem per se patet; quia nihil, quod ab eo ipso Deo petitur  
 in Rep. tolerandum. Minor: Atq; iste modus, quo vi etc:  
 Minor probatur, quia Christus monuit Christianam religio-  
 nem docendo propagandam, unde apparet, hunc modum ipsi  
 displicuisse. Huic probando etiam faciunt Christi verba ad  
 Apostolos: nescitis, cuius spiritus estis? Et Pauli: arma nostra  
 sunt spiritualia. Accedit huc tertio, quod primitivae Ecclesiae  
 Christiani, quorum in aurb; Apostolorum voces sonaverunt,  
 et maxime pietate antecelluerunt omnes, qui postfuerunt Christi  
 avos in hac sententia fuerint: Hinc sic argumentor: Quic-  
 quid placuit unanimiter omnibus Christianis primitivae Ecc-  
 lesiae, illud non potest non conforme esse doctrinae Apostolicae,  
 Atq; haec sententia. &. Haec tria argumenta talis sunt  
 ponderis, ut possint sufficere. Sed posset obijci: Ita fieri  
 posse, ut status Ecclesiae minus sit elegans, si plures obline-  
 ant sententia. Resp: res humanas non pati eam elegantiam  
 Ecclesiae, exemplo Zizaniorum cum fructu crescentium

permittente Patre familias, imo etiam si sit mihi elegans  
Ecclesie status, tamen, si vi egeris in dissentientes, li-  
bertas quidem ecclesiam ab aperta dissenſu, sed non ab  
hypocriſi, et tamen nec hoc elegans est. Si in Hispania  
innumeri diverſa à Catholicis dissentientes ipſorum homi-  
norum testimonio reperiuntur, quoniam non aperte  
tamen clanculum. Ad hoc, si violentia utens, via ape-  
ritur atheismo, et suspecta redditur religio vera,  
suspectum enim redditur quod violentia sua utitur, nec  
enim veritas impia caveri potest, nisi permittatur fa-  
cultas inquirendi in dogmata religionis. Cuius rei testi-  
monium abunde dare potest Hispania, ubi multi affectant  
veritatem et ignorantiam, ut illa tunc sint. Hoc fit etiam  
obici: homines facile perducuntur in errorem, si vis absit, sed  
hoc est veritati diffidere, cum ipsa per se satis potest homi-  
nes vincere. Multa autem creduntur vera, quae non sunt.  
Saepe etiam idonei desunt Doctores, quales sunt, qui in Co-  
mitibus et tumultuando agunt, neque modestiam observant.  
Cum primis observandum est Majestati summa, multo mi-  
nus fas esse violentia uti, si erraticum numerus adeo  
excrevit, ut non possit sine discrimine Reip. summo in illis  
animadverti, unde apparet, haec qui sentiunt, male sentire.  
quo pertinet vox illa Ferdinandi II. se malle ferram ha-  
bere tribulos et spinas, quam haereticos ferentem, sed  
eventus Consilij is fuit, ut ferat omnem terram suam

perdidisset, neq. vel hæreticos, vel tribulos habuisset. Idem  
 consiliū Regis Hispaniæ fuit in Belgio, sed eo eventū,  
 ut nobilissimam Provinciarum dominio excideret, et pa-  
 rum abesset, quæ pacem ab ipsis emendicasset. Quam-  
 tum hoc consiliū ipsi Hispaniæ nocuerit, constat, cum  
 Judæi omnes cogerentur vel sacra Christiana accipere  
 vel Hispaniam relinquere 1000. hominum ea excesserint,  
 et exinde inopia hominum laborare coepit Hispania.  
 Interim omnino tenetur, Majestas cavere, ne hæretici  
 per tumultum aliquid agant, aut turbulenter doctrinam  
 suam proponant: observat hoc ex parte Turca, qui per-  
 mittit Christianis in regno suo religionem suam colere,  
 sed ita tamen, ne vel Mahometi vel Turcis sacris aperte  
 maledicant. Etiam primi Cæsares Christianis permisissent  
 sacra sua docere, sed omnibus turbis et mobis excitandis  
 apertis orationibus remotis, in universum non ferendum,  
 ut veritas turbulenter doceatur. Hinc apparet, quid scri-  
 bendum de concitijs, quæ in concionibus nonnunquam infu-  
 runt, quibus suspicio movetur, deesse argumenta quibus  
 veritas propugnari possit. Unde parum laudandi etiam  
 nostratum illi, qui in templis magis concitijs et proclamati-  
 onibus turbulenter, quam veris argumentis agunt. Hæc summa  
 eorum est, qui perferunt ad illam questionem de Officio civi-  
 lis majestatis circa sacra. Legi præterea potest Disputatio

de maiestatis officio circa sacra, ut et Hugonis Grotij  
de summa potestate officio circa sacra liber posthumus  
pereruditus disputans, quidem non argumentis Lohis  
sed testimonijs ex antiquitate, sanctissimisq. Patrum sen-  
tentijs petitis. Pertinet etiam huc eiusdem libri, cui titulus  
Pietas Ordinum Hollandiae, quo idem, quamvis non adeo  
plane, ut illo altero, argumentum pertractatum. Prior  
ille liber bis editus, primum in Batavia, post Larisus a  
Davide Mordello emendatus, et multis notis illustratus,  
quam posterior editio merito priori praeferenda.

§. 16. Sensus est, non debere Reges simul esse Sac-  
dotes. Autor videtur sentire, Reges ipsos non debere fuisse  
Sacerdotes, et tamen §. 25. contrarium asserit.

§. 17. Autor ait, rerum divinarum curationem in  
tribus consistere 1. in fidei Praeceptis. 2. In ordinati-  
one externi cultus. 3. in ministerio verbi divini. De  
quo agit §. 18. et 19. de 2. §§. 20. 21. 22. 23. et 24. de 3.  
§§. 25. ad 30.

§. 18. Ad fidei Praecepta pertinent duo, 1. Eorum  
traditio. 2. Conservatio. Pro fidei Praeceptis  
catur vocabulum religionis seu cultus divini, illi  
autem, ut Deo placeat, non est in hominum potestate  
sed necesse est, ut a Deo sit praescriptus, sic enim  
quodammodo dependet a solo arbitrio

divino, illud positivis LL. humanis constitui non potest.  
 quoniam religio Deo placens est: Et. Ideo etiam Deus talia  
 a de causa praescripsit, partim tanquam est auctor na-  
 turae, partim tanquam iuris naturae; alia per revelatio-  
 nem, et tota dependet a divino arbitrio. Haec tamen  
 non est penes homines religionem praescribere et con-  
 stituere, quomodo colatur Deus, quo fit nobis placatus,  
 et religionem Deo placentem tradere. Ex parte vero  
 sic d. falsus cum etiam aliqua fides s. religio pertineat  
 ad civilem felicitatem, ut sine ea esse nequeat.

§. 19. Potest etiam Majestas LL. mandare divinum  
 ultimum, ut etiam ipsos LL. naturae promulgare civibus  
 potest, non quod illa LL. dependeant ab arbitrio Majestatis,  
 sed quod velit animadvertere in eos qui contra eas pec-  
 cant. Nam furari, forficari, homines occidere LL. natu-  
 rales prohibent, et tamen summa majestas itidem ea  
 acinora LL. prohibere potest.

§. 20. Quaecumque sunt iuris naturae, ea possunt  
 magistratibus duplici modo proponi, vel simpliciter,  
 vel cum additione, quae consistit in circumstantia loci,  
 temporis etc. Ad eundem modum sese res habet circa  
 religionem, nam et eam quidem naturae nota est per  
 imperium LL. homines possunt; adeoque etiam Majestas,



deinde aliqua circa eam ordinare additis circumstantiis  
ita precibus placandum Deum, natura notum est, homines ta-  
men possunt certas dies, ritus, quoniam etiam loca & positiones  
definire, ut tempore certo, modo, loco, certis horis sacris  
vacent homines, certas ferias celebrent, et jejunia certis  
temporibus observent, et singula singulis horis preces reci-  
tentur. David circa ritus sacros, ut ex 1. Chronic: patet quod  
erant ab ipso Deo ordinati, mutare non potuit, licuit ta-  
men quaedam addere, cum Deus prohibuisset & nihil  
addere vel demere: cum autem Deus consensisset in re-  
gem terrenum, simul illi legislativam potestatem concessit  
ut etiam quaedam immutare posset, Deo tamen fortassis non  
inconsulto.

S. 21. Bene monet Autor, coepit enim illud potestatis  
seculo 13 post N. C. nec tantum Imperium Rom: sed totam  
Europa hoc malum sensit. Lotharij temporibus, cum Roma-  
num jus resuscitatum fuisset et Icti plurimas & in  
Codice ad res sacras pertinentes reciperent, coepit metueri  
Pontifex, ne illa & devalere inciperent et cederent hu-  
mines Majestati jus competere ordinandi sacra. In  
Pontifex Eugenius jus canonicum colligi curavit, et fuit  
Rom: opposuit, ut excuteret hominibus opinionem, compe-  
tere Majestati jus ordinandi circa sacra. Canones quidem  
jam ante observabantur in Ecclesia, non ab uno tantum



contra Svecos suppeditati sunt urgente se: Cesare. Deinde  
promptius fuit Pontifici nostrum Regnum convellere, quam  
reliqua, quod esset electivum, electiva autem hereditaria  
regnis sunt debiliora. Sponsum autem Pontificum instaurum  
nostrum Imperium more electivum redditum.

D. 23. Fidem non posse imperari precepta humana, ve-  
rum est. Fides enim ex parte est opus intellectus, qui non  
patitur imperium, sed liber est a coactione: in quantum  
igitur fides est opus intellectus, non potest imperari nisi  
ab ipso Deo. Ex parte autem opus voluntatis eo modo,  
quo omnis scientia est a voluntate, in quantum nempe  
voluntatis fuit attendere ad eam, et operam dare. Sic  
doctrina ex parte potest imperari, etiam si sit ab intellectu  
castigantur enim juveniles proprie non propter igno-  
rantiam, sed propter negligentiam superinam, quod vitium  
est voluntatis. Quaedam enim sunt talia, que quis facile  
dignoscat, modo voluntas fit ad ea intendere. Eodem mo-  
do se res habet in fide, que non potest imperari,  
in quantum est intellectus: nec errores in fide possunt pu-  
gnetari sunt ab intellectu, quatenus autem sunt a  
fate, possunt. Causa autem cur doctrina celestis et re-  
lata non possit imperari, non est ea, quam stultor adfert,  
sed

sed quæ supra allata, nempe quod proprie non faciat ad  
civilem societatem.

S. 24. Quod Romani Pontifices hodiè volunt, olim à  
Pontificibus indicta Collegia, repugnat omni historicorum fidei.

S. 25. Quæstio est: An etiam munere Ecclesiastico  
possit fungi summa potestas? quod S. 20. videtur Autor  
noster negare, h. l. non simpliciter negat. Observandum  
autem est iure divino hoc non esse vetitum, quia in N. T.  
nunquam hoc ita prohibetur, quod in eo non est prohibitum,  
id non est prohibitum. In V. T. id ex parte est prohibitum,  
ex parte non: alia enim sacra obire poterant ab Aaronis  
posteris, alia à Tribu Levi. Sed illud non est simpliciter  
iure divino prohibitum, cum saltem ad illius Reip. usum  
fuerit institutum. Contra in sacris prohibetur Melchise-  
dechum et Regem et Sacerdotem fuisse, unde sic argumen-  
tamur: Si Melchisedech fuit Sacerdos et Rex Deo pro-  
bante, non simpliciter V. T. durante hoc fuit prohibitum,  
Atqui sic: Ex. Exemplum enim Uria tantum pertinet ad Reip.  
Iudaicae usum, non etiam iure naturali Reip. prohibitum ut  
interdum fungatur munere Ecclesiastico, cum nihil impediat,  
quo minus possit ea agere, quæ ad Ecclesiam pertinent et  
tamen Reip. vacare. Sic nostri Episcopi Germanicæ et Sacer-  
dotes et Principes agunt. Atamen impossibile est, ut quis  
possit utroque munere aptè perfungi, ut usus Ecclesie et

Reip. erigit, cum utriusq. requirat totum hominem. Quia  
propter a negotiis civilibus abstinere debent, qui volunt  
Episcopi esse, et contra muneribus Ecclesiasticis, qui Reip.  
vacare volunt. Sic Apostolorum tempore cum utriusq. cure  
et docendi, et honorum, quae erant communia, vacare non  
possent, Diaconi creati. In Canonibus qui Apostolorum  
perhibentur sacrae personae rebus mundanis vacare: contra  
quem plane agere videntur Pontifex et eius Episcopi. Ex  
his est utriusq. hoc officium discernere.

§. 26. d. 149. vult definire Auctor, quae proprie ad  
munera Ecclesiastica pertineant, et ita argumentatur:  
Quaecumq. non fuerunt Apostolici muneris, illa etiam nec  
sunt muneris Ecclesiastici. Atqui praeter doctrinam Evan-  
gelij, sacramentorum administrationem et clarium potesta-  
tem etc: nihil fuit etc: §. Verum nec majorem ne minorem  
satis firmiter probavit. Quod minorem attinet, certum est  
Apostolos, Presbyteros, in iis locis ubi docuerunt, instituisse  
et quod ad ritus Ecclesiasticos attinet, id quod ex Actibus  
Apostolorum abunde constat. In minore §. non plena facta  
enumeratio. Verum nec majorem consequentia valet, quia Pre-  
sbyteris multa possunt permitti et mandari quae Apostoli  
non fecerunt, cum multa ab Imperio majestatis depende-  
ant. Sic consecratio nuptiarum ab Apostolis nunquam  
facta. Tum etiam quae Apostolis a Christo mandata sunt  
non solum Apostolis, eorumq. Successoribus sacerdotibus

et Presbyteris competunt, sed omnibus Christianis, nam docere  
 Evangelium, et si non inde ade sacra, et baptizare omnes  
 Christiani possunt, inde est, quia illa munera certis personis  
 a jure Ecclesiastico sunt mandata: perinde ut in rebus cipi-  
 libus, si nulla esset resp. cuius et injuriam vindicare et fa-  
 miliae LL. praescribere liceret, at ubi nunc coetus civilis  
 est, non oportet hac cuius agenda permittere, sed illa  
 potestas debet esse pene unum aliquem commune corpus cu-  
 rantem. Sic etiam Ecclesia coetus est, quem ut quidam certi  
 administrant, saltem est jure Ecclesiastico positivo, cum coetus  
 sine certo ordine consistere non possit. Vide definit. Ecclesia  
 Protestantis adversus Pontificios.

S. 27. Secundum jus Canonicum duplex est communicatio  
 duplex est excommunicatio, alia minor, quae is, qui communicat,  
 excluditur a communione Sacramentorum Ecclesiae, sed etiam  
 civili communicatione omnium hominum excluditur. Hanc  
 utrumque pertinere ad Ecclesiam eiusque caput Pontificem, et  
 omnes, qui illam clavam potestatem accipiunt, volunt Lapi-  
 da; non tamen legitur ullum Pontificem ante Gregorium VII.  
 erga Reges et Principes excommunicatione majore usum.  
 Gregorius autem VII. Henricum IV. excommunicatione ma-  
 jori punivit et subditos juramento solvit. Theodosius  
 quidem ab Ambrosio excommunicatus, verum minori. Solet  
 aduci a Pontificis, a Gregorio II. Imperatorem Constantino  
 politanum majore excommunicatione depositum, atque Italos

*Talia major, qua o hñ a comoc  
 Sacramentoy Ecclesie*

hoc modo describisse. Verum id ex Historiis non apparet  
quoniam id certum sit, Italos instinctu Pontificis defecisse.  
Post Gregorium VII. idem multi sunt secuti, et adhuc po-  
lunt illam potestatem sibi esse. Reges Galliae aliquando  
et tempore quidem Philippi pulchri et Clementis V. sibi cum  
venirent cavere ab excommunicatione majori, sed verba  
illa ambigua, adeoque superiori saeculo non dubitaverunt  
Pontifices, Reges Galliae anathemate ferire (notandum tamen  
in illa fulmina saepe expertum) Sic autem II. Lib.  
vicus excommunicatus excommunicatione majori, sed eventu  
res caruit, manserunt enim subditi in fide et Pontificem  
execrati sunt. De excommunicatione Henrici IV. Galliae Re-  
gum extat perennitum scriptura sub titulo fulminis Britanni.  
Verum eius libri Auctor est Franciscus Hostmannus. Et  
Galliae Reges hodie se ab illa excommunicatione liberos  
putant, adeoque Parlamentum Parisiense anno huius saeculi 14.  
Jesuitas coegit, ut permitterent, se velle ita suos docere, ma-  
serio promiserunt, merito quod dubitet. Oriuntur hic duo  
Quaestiones I. An ius excommunicandi tum per majorem  
quam minorem excommunicationem sit proprium Ecclesiae  
neque etiam pertineat ad potestatem civilem? De posteriori  
Auctor noster nihil agit. Inter Thomam, Erasmum, et Theo-  
dorem Bezaem, utrumque Calvinum dogmata sequentem, in quo  
de hac materia controversia fuit. Prior Helvetio Medico

Academia Heidelbergensi Professor scripsit peculiaris  
 librum, quo vult probare, in illis locis ubi tota Resp.  
 Christiana Religioni debita sit, excommunicationem etiam  
 minorem competere Summæ potestati, et magistratui civili.  
 Condemnari sententiam foret Beza Theologus eximius Geneva.  
 Beza autem majorem applausum reperit in Gallia et Belgio.  
 Erasmi sententiam amplexi sunt Helvetij, unde adhuc excom-  
 municatione minori ibidem igitur magistratus civilis. Vide-  
 tur hæc controversia adhuc agitari in Anglia Magistratibus  
 Erasmi, Presbyteris Beza sententiam amplexantibus. Brevis  
 excommunicatio major in non nullis Ecclesijs competit  
 Episcopis, sed non jure ecclesiastico, sed sola magistratus  
 concessione. Multa enim ab Imperatoribus permisa sunt  
 Episcopis, ex singulari quædam concessione: quæ concessiones  
 prout salus Reip. erigit, possunt revocari. Deinde in illud  
 Episcopis datum in subditos, non autem in ipsos Principes,  
 quin nec Magistratus inferiores. Hinc apparet, nec si Pontifex  
 Caput Ecclesie esset, ei jure ecclesiastico competere excommuni-  
 cationem majorem, quia cum excommunicatio major a summâ  
 potestate sit concessa Pontifici, hodie autem Pontifex non  
 agnoscat superiorem, constat Pontifici eam non competere,  
 nec cuiquam illam sine magno periculo posse permitti,  
 ita enim argumentamur. Quodcumq; evenit statum Reip.  
 illud jus non potest concedi, et si concessum est, ipso jure est  
 nullum. Atqui tale est jus excommunicationis majoris, &c.



Si enim a nutu alicujus Episcopi salus status pen-  
deret, tum facile negotio everteretur tota Resp. imò non  
debet cuiquam illa ipsa permitti, quia eo ipso detrahitur  
auctoritati majestatis civilis. Haec est causa, cur adhuc  
durante Pontificia tyrannide Laici sunt congesti de ex-  
communicatione majori. Hodie ea in Gallia non est ju-  
ris merè episcopalis, ut et alibi, sed homines provocant  
ad Regem, et quidem rectè, valde congruentibus Episcopi.  
Secundam Questionem, quod attinet de excommunicatione  
minori, Presbyteris videtur solis concessa, quia sunt in qua-  
possessione illius juris, et ubiq; ferè ita obtineat: at non ex  
usu magistratus est, cum et haec habeat effectus civiles, non  
quidem per se, sed per accidens, dum importat quasi igno-  
niam civilem, ac eiusmodi excommunicati habeantur pro  
infamibus, et nisi illo vinculo soluti ante mortem sint, ad  
communìa sepulchra non admittuntur, sed quod Beza et alii  
volunt, solis Presbyteris concessam hanc excommunicationem  
minorem, neq; ex N. T. neq; ex praxi primitivae Ecclesiae  
probari potest, vid. definit. Ecclesiae Protestantis contra Pontificem  
Laici enim antiquitus ad illam admisi sunt, neq; tamè  
exinde sequitur, cuilibet magistratui civili illud jus con-  
petere. Summae autem potestatis jus est, inquirere in omni  
excommunicationem minorem, et debet concedi appellatio

ad ipsos impetentes, quia majestatis est, videre, ne cui  
 subditorum fiat injuria. Observatur hoc etiam in Germania  
 non simpliciter Principes illud concedunt Presbyteris,  
 creditur etiam id Principibus per transactionem Lasjaviensem  
 competere. Verum summa potestas omnino hoc jus habet,  
 quia omnem injuriam a subditis avertere debet, nec jure  
 divino sibi solis illam concessam possent probare Ecclesiastici.  
 Videtur etiam ex re esse, ut summa potestas non quidem  
 plenum, sed ex parte jus excommunicationis minoris Magistra-  
 tibus in omnibus Provinciis, non autem solis Presbyteris com-  
 mittat: Et hoc proxi primitivae Ecclesiae conveniens est, nam  
 longe majori cum fructu hoc modo potest fieri excommunicatio  
 illa minor, et magis accommodata moribus Leip. cum etiam, ut  
 iam dictum, aliquam secum infamiam ferat.

S. 30. Vult Auctor ubiorem esse tractationem curationis  
 profanarum rerum, cum factuorum fuerit difficilior, et quoniam  
 imminere majestati propro modo id averruncare. Lectius  
 locutus esset: Quoniam bona quae Kemp. perficiunt et  
 exornant, alia domi nascuntur, alia foris petuntur, sequi-  
 tur summam potestatem circa ea occupari.

S. 31. Mens haec est, jurisdictionem appellari pote-  
 statem, quae averruncat mala interna, sed quousq[ue]  
 all.

S. 32. Jus belli autem quod averruncat externa. Sed  
hic merito quaedam desideramus; scimus enim quod lites  
civilium sint mala inter, sed non sola, adeoque ex parte  
venit id ex parte non. Sunt enim etiam alia mala, ut  
fames, morbi et defectus multarum aliarum rerum ad vitam  
pertinentium, quarum nulla fit mentio in Auctore nostro.  
Rectius sic dividuntur mala interna, quod alia circa bonum  
animi, alia corporis, alia fortuna referuntur. Prioris gene-  
ris sunt vitia opposita, partim intellectualibus, partim  
moralibus virtutibus, omnino enim danda est opera, ut  
in Resp. sint artifices, eruditi, doctique viri. Secundi ordi-  
nis sunt morbi, nam et corporibus civium, ut bene  
sit, evitandum. Tertij generis alia sunt naturalia, alia  
artificialia, dein alia necessaria, alia minus necessaria.  
Bona porro, quibus Resp. indiget, alia sunt communia  
alia privata, quae omnia adesse debent. Contentiones  
aliae sunt, aliae de rebus privatis, aliae de communibus,  
cujus divisionis non meminit Auctor, cum tamen multum  
referat, ratione et personarum, ut lites distinguantur,  
an homines plebei, an factiosi et magni viri litigent.  
Multa hic apparent ab Auctore praetermissa, ad quae  
tamen LL. conditionibus attendendum, ut in codice, in  
quo agitur de multis, quae ad Resp. pertinent in

Landectis autem fere de rebus privatis agitur.

§. 33. Non male nonnulli addunt: Circa ipsa actiones,  
permodum in institutis omnia ad personas res et actio-  
nes referuntur.

§. 34. Verus est si agamus de personis in quantum de  
illis solis litigatur, cum alias in illis plura sint attendenda.

§. 35. Auctor mutat terminos vulgares, indeq. fit obscurus.  
Singulae res sunt, quae non omnibus civibus, sed nonnullis  
tantum conceduntur, melius dixisset singulares. Nam de  
omnibus vel singularibus agitur. Leges solent respicere  
omnes, privilegia tantum unum aut alterum, quia de omnibus  
referuntur. Pertinent etiam ad singulos, non ad singulae res.

Perperam igitur pro singularibus Auctor noster dixit singulas.

§. 39. Apud veteres Scriptores parum habetur de re-  
rum divisione in feudales et Allodiales. Nam omnia bona  
apud veteres fuerunt allodialia, neq. feuda apud Graecos  
vel Hebraeos in usu fuerunt, sed tantum apud gentes Germanicas.

§. 40. More suo obscurus est; sed hoc vult: Negotia  
et lites ubi componantur, necesse est ut observetur iustitiae  
ratio, quae non observari potest, nisi sint LL. secundum quas  
definiuntur lites. Nam cum rationis iustitia intellectus sit  
difficilis, opus est, ut in Rep. LL. ferantur, ut sint, qui  
secundum eas lites definiant et decident. tura autem in Rep.

quæ obtinent aut competunt naturæ humana spectata  
extra civilem societatem, et hæc sunt jura naturæ, aut  
debentur societati civili, quæ sunt jura positiva. Priora  
sunt æterna, neq; ab homine mutari possunt, quia non  
est hominis illa mutari, quæ pertinet ad naturam, sed  
tantum naturæ conditionis. Posteriora sunt merè positiva  
cum ipsa societas civilis sit à mero hominum arbitrio  
humano, illorum etiã et leges et jura non dependent  
ab eodem. At naturæ humana institutio etc: Eg. Etiam inhi  
tutio jurs naturalis non dependet ab arbitrio humano.  
Argumentor porro: Quoniam cūq; institutio tota depen  
det ab arbitrio humano, illorum leges, institutio, modera  
tioq; sunt humani arbitrij. Atq; LL. et juriū institutio  
in societate civili dependet à mero arbitrio humano, Eg.  
Cum itaq; in omni Rep. habenda sit ratio et natura humana  
et societatis civilis, hinc in omni Rep. necesse est, ut LL.  
alia sint naturales, alia positiva; positive autem ferenda  
sunt ex utilitate Reip.

§. 43. Nobilis est controversia. Majestas sine Principe  
sit adstrictus legibus? Fuit de hoc argumento disputa  
tum à quorū multis factis, Philosophis et Politicis. Facti  
Romani ea occasione divergent in hoc argumento, quod  
reperierunt dictum Ulpiani facti. Princeps LL. est solutus.  
Cmmium autem optime de hoc argumento, meo quidem

iudicio dissenit Gothofredus Jacobus Dionysij filius in  
 no Illiano. Potest autem illa res facile decidi hoc modo  
 (X) Majestas omnis est adstricta LL. nature, quoniam omnis  
 Majestas pertinet ad humanum genus, humanum vero genus  
 est adstrictum iuri nature e. q. Quapropter qui dicunt Prin-  
 cipem simpliciter non esse adstrictum LL. illi gravissime pec-  
 cant; ita scortum illud noverca Imperatoris, cum Impera-  
 tor diceret; vellem, si liceret, illa dixit: licet utiq; si libet,  
 in nescis te Imperatorem esse, et LL. dare, non accipere.  
 Item Anaxarchus ad Alexandrum, cum interfecisset Clitum:  
 Nescis ius et fas aspidem Regi, ut quicquid ille faciat, id  
 iustum fasq; sit, admodum impie haec dixit: ius enim  
 nature docet, novercam esse matris loco habendam, nec  
 um ea conjugium contrahendum. (Z) Majestas quoq;  
 omnis est adstricta iuri gentium. Quomodo itaq;  
 singuli socij unius civitatis tenentur observare, quae placue-  
 rit omnibus socijs: Ita et majestati omnibus modis obser-  
 vanda sunt iura gentium. (Y) Respectu LL. civilium seu  
 arbitrarium Principes non sunt adstricti, ratio est, quoniam  
 illa LL. pendunt ab arbitrio summae potestatis seu majestatis.  
 fieri etiam potest, ut Legislator sibi legem figat. Clansij  
 huius rei exemplum habemus in Monarchijs multis,  
 in quibus multa Monarchae sibi ipsis detraxerunt. Tali modo

si sunt data LL. non illis solutus est Princeps, quia libe-  
rino contractu se ad illas adstrinxit, tum etiam non am-  
plius in sua potestate est LL. refugere. Tales LL. possunt  
esse non nisi temporaria, vel aeterna, et quidem quia Prin-  
ceps ad haec vel illa observanda certo tempore sese ad-  
stringere potest, et illae sunt temporariae. Quod si aeterna  
lege sese devinciant Principes, nunquam possunt eam  
revocare. Sic Lacedaemonij Reges magnam partem sum-  
mae potestatis aeterno pacto populo commiserunt,  
unde et illi in perpetuum obligantur. Adhuc modum  
saepe factae mutationes multarum Respublicarum.

§. 44. Leges tantum in universum pronunciant,  
ut, non machabent, non furabent, at ut Resp. bene ju-  
vetur, necesse est ut Leges applicentur ad factum, ad  
singularia adulteria, furta.

§. 45. Potestas iudicandi omnia, primario competit  
summae potestati. Nam penes quem est administratio un-  
verse Resp., primario et per se, penes eum quoque est  
iurisdictio primario et per se. Atque penes de: Ex. De  
iurisdictione vide infra c. 15. part. 3. Vocabulum Prin-  
cipis ante Augustum nihil aliud significabat, quam  
Primum, at postea sub eo potestas regia latere capi-  
tuli ut nomen Protectoris rari accipitur. Inde Caro-  
dixit: Signum mutatae Resp. esse mutationem vocabulorum.

§. 46. Quandoquidem de facto ferenda sententia, in  
 fit a cognitione facti, ut inquiramus in omnia  
 re ad factum pertinent. Tota haec inquisitio dicta est  
 omnis cognitio, post cognitionem fit facti cum lege  
 collatio, in quantum fit congruum, in quantum non.  
 Pronunciatio autem de congruitate illa proprie est iurisdictio.  
 Non sufficit autem illa pronunciatio, sed totum negotium  
 cui factum reddendum congruum legi, dicitur executio, ve  
 mbur Romano imperium.

§. 48. Si attendatur diversitas temporis et multiplex  
 significatio iurisditionis, difficultas illa facile tollitur: nam  
 omnis difficultas inde oritur, quod in corpore iuris multe  
 habentur  $\in$  diversis temporibus late. Iurisditionis autem  
 vocabulum pro ratione temporum diversas obtinet significa  
 tiones. Posset hic obijci, haec omnia §. 49. ad iuris  
 dictionem pertinent, nunquam ab ipsa §. 2. exerceri,  
 sed ab alijs, et quidem magistratibus?  $\text{¶}$  illos quidem  
 am potestatem exercere, ceterum non propria auctoritate,  
 sed dependenter a summa potestate.

§. 50. Magistratus intelligitur vicaria quaedam po  
 stas administranda seip. admodum abusive interdum  
 esse Princeps Magistratus appellatur. Proprie autem ministeriali



tantum auctoritate agit magistratus, quicquid agit. Et  
modi magistratus opus esse putat stator, quoniam immedi-  
ate, ut omnia agat summa potestas in Rep. impossibile est.  
Unus Rex in Monarchia non potest omnia agere, inde  
necesse est, ut sint vicaria potestates. In statu popu-  
lari totus populus, penes quem est majestas, non potest  
omnia agere, unde necessario opus magistratibus. Uebe-  
rementer autem falluntur, qui in statu populari penes  
ejusmodi Consules et Senatores putant esse summam po-  
testatem. Par est ratio in statibus Oligarchicis et  
Aristocraticis.

§. 57. Voce Imperatoris intelligitur, qui summam  
habet potestatem, loquitur enim de Justiniano. Sine  
provocatione jus dicere potest etiam Magistratus com-  
petere, verum non nisi ex mandato et arbitrio summi  
potestatis. Nam interest Reip. ut saltem in aliquibus  
rebus non sit concessa provocatio a iudicis sententia  
quoniam si permissus, ab omni sententia provocatio  
nem, nullus erit litium finis, et summa potestas in  
numeros involveretur ineptus. Ergo apparet, cum  
summa potestas non possit omnibus litibus vacare  
necessarium esse, ut aliquibus aliqua sine provocatio

jurisdictio concedatur. Hinc est, quod nulla sit Resp.  
 quæ à quavis sententiâ liceat provocare. Sin in Ger-  
 mania non à quavis sententiâ licet provocare ad Imp-  
 torem, imò in nonnullis Provincijs nulla omnino datur  
 provocatio. Sic et Principes non in omnibus causis ad  
 appellationem concedunt. Sunt quidem in usu apud nos  
 varij modi appellationis, Reiterationis, appellationis sic:  
 um à Resp. vel bono vel incommodo, infra patebit.

§. 52. Auctor male et contra morem loquendi usi-  
 tum antiquissimis Scriptoribus omnia negotia admi-  
 nistranda Resp. comprehendit vocabulo Jurisdictionis.

§. 53. Dicitur est supra §. 31. ab Auctore sum: Tot-  
 cumbere averruncationem vel domesticorum relex-  
 tionum malorum. De malis domesticis hactenus  
 Actum, jam de externis videbimus. Jus belli et pacis  
 omnino pertinet ad majestatem, quoniam sine potestate  
 elligerandi non potest ulla societas esse salva. Nam  
 ebet Respubl: salva esse fam à malis internis, quam  
 externis. Illa certi civitas, quæ se non potest tueri  
 adversus hostes, illa non est beata, et omnia  
 illa, quæ faciunt ad bellum, sunt penes Majestatem,

conscribere sc: militem, iubere, ut cives abeant in  
litiam, erigere arma, pecunias etc:

§. 54. Belli potestatem inquit consistere vel in  
deruendo, vel gerendo bello: possit hic addi vel in  
apparandis ijs, quæ faciunt ad bellum gerendum.

§. 55. Ius fecciale nihil aliud est, quam ius  
dicendorum bellorum, apud Romanos enim semper  
dicebatur bella, de quibus Rosimus. Legati mittun-  
tur non semper propter bellum, nec semper propter  
pacem, sed et propter negotia, quæ possunt alicui  
Leip. intercedere cum hac vel illa Rep. Hodie obi-  
net in Europa, ut Legati appellentur vel Ambassadeurs  
vel Abgeordnete, vel Abgeordnete. Ambassadeurs vocan-  
tur illorum Legati, qui gaudent summa potestate  
Summarum tamen potestatum Legati non omnes dicun-  
tur Ambassadeurs, sed vel Agentes vel Residentes.  
Abgeordnete vocantur tantum Legati Principum  
Germanicorum, quamvis mittant propter maxima  
negotia. Abgeordnete seu delegati dicuntur, qui ab  
Ordinibus Provincialibus mittuntur. Si legationum  
nomine intelligerentur omnes, qui mittuntur, rerum ex  
dicendarum

sendanum gratia, tum legatos mittere non esset summa pote-  
 atis. Qui mittuntur Legati a Pontifice Rom: quod obiter  
 hic etiam notandum, illi non solent uno eodemque nomine ap-  
 ellari. Si enim gaudeant, qui mittuntur Cardinalia  
 dignitate, dicuntur Legati a latere; Si non sint Cardi-  
 nales, dicuntur Nuncij Apostolici. Medio loco sunt  
 Nuncij cum potestate Legati a latere, et illi sunt tales  
 persona, quae etsi nondum gaudeant Cardinalia  
 dignitate, brevi tamen gaudebunt.

§. 57. Pleraque hic repetit Auctor, a me iam  
 sunt falsitate convicta. Male autem citat Aristotelem  
 in hoc §. Aristoteles enim libro 3. Politic: c. 10. recen-  
 set varias Reump. species, et numerat inter Regna  
 imperfecta heroica Regna et alia, dicitque in talibus  
 Regnis fuisse penes Reges jus sacrorum et bellandi, et  
 vero Aristoteles agit ibi manifeste de Regnis imper-  
 fectis.

§. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. continentur, a vero  
 pleraque abeunt, nos rem ita breviter definiemus. Voca-  
 tum Reip. solet accipi aut pro πολιτεία, aut  
 pro integro aliquo corpore, quod requiritur. Politia  
 solet alias latine appellari status vel regimen Reip.

Quando resp. sumitur pro civitate, sum Politia est  
forma seu essentia illius corporis, atq; adeo corpus  
ipsum non est materia proprie, sed est ipsum  
totum, e.g. Regnum Gallia, Svecia integrum est corpus  
populus cuiusq; Regni est quasi corpus. Resp. autem  
seu status, seu forma illius corporis consistit in  
ipsa forma regimini, atq; adeo Politia est toti civitati  
• quod anima est homini, illud politia est populo. Ordo  
autem resp. vel spectat summam utilitatem, vel non spectat  
Plurima resp. se habent priori modo, ipsa forma seu Poli-  
tia ita differt, quod minimum summa potestas sit penes  
unum idemq; subiectum, aut vero penes subiecta di-  
versa, ut scilicet pars summae potestatis sit penes hunc partem  
penes illum. Cum ordinatio penes unum est subiectum,  
Resp. est simplex, cum vero penes diversos, tunc ordinatio  
mixta resp. Ad resp. simplices quod attinet, fieri potest  
ut summa potestas sit penes unum idemq; subiectum, et  
tunc, quando vero summa potestas est penes plures, eos  
optimos, tunc status est Aristocraticus. Sunt autem variae  
Aristocratiae, aut penes paucos, qui censentur magis nobilitate  
et divitijs quam virtute, tunc est status Oligarchicus.  
Sunt autem Oligarchiae etiam variae, aut enim resp.  
est penes totum populum, aut penes plerumq; ex populo

Quando est penes totum populum, tunc Status est Demo-  
 craticus. Sunt autem iidem varij Status Democratici. To-  
 tum populi nomen solit mentiri is Status, qui est penes  
 plerosq; ex populo sc: penes plebem Regimen Reip. et tunc  
 creditur regimen illud esse penes populum, cum plebs sit  
 magna pars populi, et hic Status ut ut vocetur Demo-  
 craticus, est tamen rapse Oligarchicus. Hae differentiae  
 Reip. sunt verae essentiales, non accidentales, ut  
 tutor nult d. b. Essentia enim Reip. consistit in ordinatione  
 summae potestatis, quae summa potestas potest deinde dividi,  
 et misceri inter sese, ut partem summae potestatis habeat  
 unus, partem alij praeter unum, illa mixtio autem penes  
 unam eandemq; partem summae potestatis fieri potest, aut  
 penes partes diversas e.g. fieri potest, ut potestatem legis-  
 latoriam participant varij in Rep. et quidem diversimode  
 ad hunc modum ergo demonstrabo, habuisse sese rem in omnib;  
 ere Principibus Germania. Ita potestas legislativa in  
 imperio nostro est ex parte penes Imperatorem, ex parte  
 penes ordines, sed diversimode, plus enim sibi capit eius  
 Caesar, minus ordines. Mixtio itidem fieri potest, ut nempe  
 penes unum sit ex integro aliqua pars summae potestatis,  
 et vero pars altera sit partim penes unum, partim penes alios;  
 ita in multis Principibus Germania potestas belli et pacis

solet esse penes Principem, non tamen potestas indicendorum  
rectigalium, sed potestas illa est penes partim Principem  
partim ordines. Haec varia resp. mixta oriuntur  
ut plurimum ex varia ordinatione summae potestatis.  
Hoc ita fieri, accurate dicere necessarium habui, quoniam  
nam infra nihil veniet ostendendum, omnes resp. Ger-  
manicas fuisse mixtas et etiamnum plerasque esse.  
Quapropter hodie etiam ex variis regnis constituitur  
Europa, tamen nunquam penes obtinet Regnum sim-  
plex, Gallia aspirat ad Monarchiam, primum hoc  
curante Ludovico XI. Cum primum hoc egit Cardinalis  
Ritsehuis ante annos quatuordecim, hodie vero Car-  
dinalis Mazarinus. Haec est vera doctrina aliena  
a falsa illa, quam Auctor noster tradit. Haec tamen  
pars prima, sequitur

#### PARS ALTERA.

Quae parte secunda saltem usque ad §. II. conti-  
nentur, nihil itidem faciunt ad Imperium Germanicum  
quod huius describendum proposuit Libellus: nec enim  
vel referent eius statum depingunt, vel quicquam  
faciunt ad hodiernum statum illustrationem, Germanicum  
siquidem resp. non est pars aliqua superstes veteris

Imperij Romani, nec ullo modo tenetur ad L. Ro-  
 mani Imperij proprie ita dicti, nec deniq; illa ratione  
 d normam eius est composita, id quod adversus rece-  
 tos vulgo errores, quos hic libellus sequitur, prolixè  
 abstrinximus libro singulari de Germ: Imper: Rom: proinde  
 et in Prooemio ad Tacitum de moribus Germanorum  
 atè docuimus, temp: Imperij cum Justinianis L. publicis  
 convenire, nec ad eos adstringi, in Opus etiam  
 de finibus Imperij nostri cap. 9. demonstravimus, non  
 nisi exiguam Italia partem cum ipsa urbe Roma  
 Romani Imperij titulo fuisse quondam auspicijs  
 Ithonis M. Germania Adiunctum, propagato inde  
 in Germ: Imperium, quod Germania, Lotharingia, Bur-  
 gundia et Italia Regna comprehendit Solomanni titulo.  
 Et verò longè majus fecisset pretium opera libelli Autor  
 noster, si docuisset, quis in Germania fuerit Leip. Status,  
 antequam unum in corpus concrevit, quemadmodum  
 porro totum illud Imperium coaluerit, et deniq; qua  
 ratione sensim Leip. Status et robur mutaverit. Certè  
 collatio antiqui Germania status publici multum illu-  
 strat res nostri prog: aevi, etiam si ad antiquissimam  
 aera Casari et Tacito coeva, recurrimus.



§. 1. Et si Reip. Rom: cognitio huc non faciat, tamen  
ad doctrinam accuratam aspiranti est neces faciat  
1. quod ea multo fuit illustrior et splendidior 2. quod  
facit ad intelligentiam latinorum scriptorum. 3. Ad  
intelligentiam juris Justiniani, imprimis ad intelligenti-  
tiam Codicis et juris publici facit cognitio Imperii  
Rom: quale illud fuit a Caesarum temporibus mari-  
me Constantini M. usq. ad Justinianum. Pandectarum  
autem cognitio, qualis fuit ab aetate Hadriani usq.  
ad Gallienum. Jus publicum Justinianum hodie qui-  
dem vim legis non habet, sed tamen notum esse de-  
bet viro ad accuratam eruditionem aspiranti: nemo  
in id majorem impendit operam Stoppo, qui tanquam  
in speculo exhibet statum Justinianum vere Monar-  
chicum. Inter veteres qui de Rep. Rom: scripserunt  
Princeps est Dionysius Halicarnassus, qui longe Lin-  
um industria superat, neminem habet secundum.  
Praeter eum legendus omnino Polybius, cum primis  
eius liber 6. qui totum πολιτικόν, cuius quid-  
dam dolendum, tantum fragmentum seu epitome nobis  
super est. Fuit ille illustri genere natus Dux Achaenorum

amicus et confilianus Scipionis Africani Junioris, doctus  
 et eruditus. Tum potest adungi Livius, post illum  
 Tacitus. Ex recentioribus felicius nemo tractavit Rom.  
 Rom: Carolo Sigonio. Cateri magis grammaticè, quam  
 politice disputant. Quod Autor dicit, Imperium magnitudo  
 sine laborasse, verum est. Nam felix Reip. ut ex Aristo  
 tele patet, potius angustioribus limitibus inclusa esse  
 debet. Inde Augustus voluit Imperium certis limitibus  
 definire, ab Occidente nim: Rheno, Euphrate et Danubio,  
 cuius exemplum multi alij secuti sunt. Valde ambigua sunt  
 quae Autor tradit de superstite Imperio Rom. maximam  
 enim partem Imperij Rom. Orientalis tenet Turca, neq.  
 amen existimat se illa tenere, tanquam ab Imperatore  
 Rom: de iure belli, ex Occidentali magnam partem  
 tenet Hispanus, Gallus et Anglicus, et ita ut Imperatorem  
 Rom: non agnoscant superiorem. Ipsum urbem Romae  
 omnium et reliqua, quae aetate primi superfuere, actu  
 sunt in potestate Rom: Pontificis, quoniam de iure  
 adhuc possit dubitari, neq. tamen Pontifex Superiorem  
 Caesarem agnoscit, ut si possessionem videas, nullum superjit  
 Rom: Imperium, debere tamen super esse, multi volunt,  
 adducti vaticinio Danielis de somnio Nebucadnezaris

Ex Daniele id nemo exculpserit, cum somnium Nebuchadnezzaris, et quae a Daniele dicuntur, terminentur Christi adventu, non ad iudicium, sed in carnem. Nam omnes Prophetae in Christo defecerunt. Notandum tamen, novum quasi Imperium natum, nempe Pontificis, qui vult se successorem Petri, qui sedem fixit Roma et potestatem habuit in universum orbem. Nec vero putandum, illud Imperium fore aeternum, cum aliquando instar Babylonis Roma cum Pontifice sit casura.

§. 2. Autor intendit temporum legum obtinuisse puram et absolutam monarchiam, mihi vero, cum Regnorum varia sint genera, regnum mixtum obtinuisse, videtur ex statu unius et Optimatum, ut tamen unius Imperium praevaleret, de qua mixture supra.

§. 3. Durante regimine regio plebis, nulla fuit potestas sed sola Regis et Nobilium, ex quibus constitabat Senatus post victos Reges, Nobiles puram Oligarchiam condere conati sunt, sed statim per Plebem in participationem Reip. fracta est plebs, ut illud aliquando erigui tantum sit temporis. Ortus igitur est mixta Reip. ex Oligarchia et Democratia.

ita tamen ut Oligarchia prevaleat, sensim tamen cre-  
vit auctoritas populi, usq[ue] dum aequata demum Nobilium  
et populi potestas et vera exorta Democratia.

Quaeri hic posset: Quia factum fuerit, ut Resp. Rom:  
statum Oligarchicum non potuerit servare, cum tamen  
Veneti, quorum Nobiles respondent Senatoribus Rom:

iam multos per annos absq[ue] ullis motibus in eo perse-  
veraverint? Rg. (α) Romanis erat propositum pro-

copo latum Imperium per vim partum, Venetis non idem.

Oligarchicum enim statum servare, et simul latum imperi-

um quaerere, ad longum tempus non potest, quoniam

ad bellum gerendum requiritur magnus nervus, ille au-

tem non posset citra magnam administratum populi

comparari. In Oligarchia autem, si populus premitur

tributis conferendis, necessario requiritur, ut inde que-

relae et discordia existant. Et haec est ratio, cur Resp.

Veneta studeat admodum paci, modo aequis possit

obtinere conditionibus (β) Romani Imperium milite

lecto et ipso populo sibi parere voluerunt, quod in

Oligarchia non nisi magno cum periculo fieri potest.

Populus enim dolet se excludi a muneribus Resp.

cum famen suo sanguine bella gerantur, unde seditiones et discordia. Veneti autem utuntur milite cenario, nec unquam populo lecto, quo sit ad obium promus, neq. res novas movet. (V) Populus Romanus iam tum sub legibus erat compositus ad bellum, et spiritus gerebat ut milites. Venetus autem populus semper fuit imbellis, id quod studuerunt semper Veneti, ut imbelles manerent.

§. 3. Non debet increpani Publicola, quasi impudenter egerit, impossibile enim ibi erat Oligarchiam condere, cum populus non esset aptus Oligarchico statui longe diverso a regio. Coeternum cum varia sint partes summae potestatis, videtur populum imminuti statim participem factum alicuius partis, nempe quae circa iudicia. Coeternum non statim communicata populo cum Consulibus et Senatoribus potestatem LL. ferendarum et belli gerendi solum haberent, postea famen omnia mutata, ut iniuriam populi non potuerint adire Magistratus et ita aliquo modo apud Magistratum tantum Imperium remanere.

§§. 6-7. Enarrat Auctor, quis status Romae post

41  
tractos Reges fuerit. Hic quaeri solet: Annon potuerint im-  
pediri seditiones et discordiae, quo minus inter sese colli-  
derentur populus et Nobiles, populusq; magis magisque ad  
maiores libertatem aspiraret? R. Vix potuisse caveri,  
propterea, quia perpetuis bellis populo crevit animus, per-  
petuisq; victorijs, quod dum fieret non potuit caveri, quo  
minus populus ad maiores in dies aspiraret libertatem.  
ateor aliquo modo (meo iudicio) potuisset illud impediri,  
i. Resp. Rom: vel bello abstinuisset, vel externo usa esset  
vilitate. Impossibile enim est non insolescere populum  
victorijs, imprimis si videat adversariam factionem  
non esse parem, cum numero praevalet et virtute aequet  
Nobiles, si Nobiles studuissent populum virtute antecere,  
am forte melius conservassent suam Oligarchiam. A non  
illis increpantur Senatores Rom: quod tantum indulserint  
populo, cum ab initio nemini ex plebe licuissent Patriciam  
vincere, coacti autem fuisse communionem connubiorum  
populo permittere. Potuissent aliquo modo suum statum  
servare, si Senatores iuxta Aristotelis monitum l. s. Polit:  
omnes plebeios vel fortuna vel virtute eminentes  
a suum ordinem cooptassent, illos enim hoc modo

huos fecissent, sibi conciliassent, separassentq; a reli-  
quo populo, tumq; ille potuisset minus. Si porro disti-  
xisset populum, ita ut alij quasi medij ordinis essent  
inter Nobiles et populum, eosq; sibi aliqua participati-  
one dignitate et honorem excluso reliquo populo con-  
ciliassent, tum etiam melius rebus suis consulissent.  
Peccaverunt igitur. 1. Latricij Romani, quod non  
meliores ex populo in suum ordinem acciperent. 2. Mel-  
ios non constituerent, sed illi sola nobilitate tumida  
non potuerunt non suam potentiam perdere.  
2. Queritur: Qui tamen factum ut illi motus non  
eriperent in bellum civile? R. Causa prima fuit  
metus externi hostis potentis erat Romanis bellum cum  
Carthagenensibus paribus Romanis, utrisq; Imperij  
Orbis ambientibus. Quamdiu igitur fuerunt externa  
bella cum hostibus potentissimis, domi omnia fuere pa-  
ciora, postea gravius inter se contendere ceperunt.  
Vide Vellei. Latrocül. l. 2. Rinc. Deinde quod post  
Carthaginem devictam magis magisque crevit fortu-  
na populi Romani, quae res secunda ipsum magis

42  
stulerant, et Nobiles in luxum et molliam prolabantur,  
robioresq; erant in patinis et delicijs quam in armis,  
de q[ua] vide Sallust: in bello Jugurt: Excogitaverunt  
Romani remedium morbis suis in creandis Dictatoribus,  
qui regiā habebant potestatem, sed tempore circum-  
scriptam: Illo remedio interdum satis feliciter sunt  
uti, non tamen omnino tollendis morbis par fuit, imo  
valde periculosum, cum eiusmodi Dictator potuit semp.  
placere opprimere, quod dum demum contigit. Cum  
enim Senatus populo iterum gravis esset erectus, per  
Syllam, Julius Caesar videns disensionem populi et  
Nobilium, simulavit se defensorem populi, itaq; ipsum  
sibi devinxit: Cuius dies dictus esset, Tribuni ad eum  
profecti sunt, armatq; cum ipso sociarunt, atq; hac rati-  
one cum solo Senatu ipsi bellum fuit, quod cum ipsi  
feliciter cederet, non solum Nobiles, sed etiam Populum  
suis se defensorem simulavit, oppressit: Regem quidem  
se dici noluit, sed Dictatorem perpetuum se creari passus  
est. Quid autem est Dictator perpetuus, nisi Rex?  
sic notanda recordia populi, qui libertatem sibi volens



conservare, tamen odio Nobilitatis creavit Legem.

§. 8. Potest duplici modo aliquid à populo dici  
deferri 1. ut populus deferat alicui potestatem scilicet  
native, vel irrevocabiler, nulla potestate sibi relicta.  
2. Relicta sibi potestate revocandi. Si posteriori modo  
Dictatura delata fuisset Cæsari, fuisset ea in potestate  
populi; sed illud non est factum, cum perpetuo ei de-  
lata sit, quæ excludit potestatem revocandi.

Quæ in fine §. 8. habentur, optime cum hodierna  
Angliæ Statu possunt comparari, ubi perinde ut temporibus  
Cæsaris antiqua vocabula et simulacra libertatis manent.  
Sic hodie comitia convocantur, ut ex Novellis constat, in  
speciem autem tantum omnia prohibita agat Protector  
Cromwellius.

§. 9. Cæsare à Bruto et Cassio, uti notum est  
interempto, multi aspirant ad pristinum Reipublicæ  
statum, inter quos et Cicero, sed omnia frustra fue-  
runt, nam primum ad Dynastiam, deinde ad  
Monarchiam res rediit. Post Claudium nunquam  
populus Rom: studuit libertati recuperande, sed

43  
mimum animi ad servitutem ita propendebant, ut eam  
ambiguus Rebusp. preferrent. Cum autem inuisum  
esset Romanae Dictaturae nomen, Augustus prudens et cau-  
sus eo invidioso nomine abstinuit, et vocari voluit Prin-  
eps, quod apud ipsos esset Primarius, sub quo titulo  
amen idem egit, quod Caesar sub Dictatura, alij Reges  
Regni nomine. Deinde usus his titulis Imperator, Ponti-  
ex maximus, Tribunitia potestatis (Tribuni enim cum  
essent ex plebe, Augustus vero Patricius, Tribunus dici  
non potuit) quibus et titulis per 300. fere annos, ut  
ex impressione numerum patet, contenti fuerunt. Notan-  
dum hoc loco Diadema et Coronam antiquitus fuisse  
distincta. Diadema erat fascia purpurea, qua multi  
apud Graecos, etiam apud Macedones sunt usi, sic non  
merum Alexandrum videas Corona, sed semper Dia-  
demate ornatam. Caesares Saeculo 3. coeperunt uti  
diademate gemmeo sc: et unioibus, ut Diocletianus,  
Constantinus M. et eius successores, quin et ipse  
Justinianus expressus videtur in nimis Diademate,  
non corona ornatus, habitum enim semper magis  
quiusq. Diadema Corona, Hinc est, quod Legibus

Cæsares permiffere, gestare coronam, non Diadema  
utpote foli conveniens Cæsari. Legis regiae meminit  
Ulpianus, sed in antiquis Scriptoribus, vel ipsi Augustus  
coarctis, vel panim posterioribus expressi eius nomi-  
tio non fit, neq; verifimile est, populū suū tempo-  
ris, quo in usum erat regium nomen, lege antea  
quæ regia appellaretur Augusto summam potestatem de-  
tulisse, reapse quidem contulit, sed sub tribunitia  
potestate. Exstat hodieq; Romæ antiquum marmor cum  
inscriptione, quamvis mutilata: Plebisiti et Schi, quo  
spasiano conferuntur potestas talis, qualis Augusti fuit.  
Bodinus et alij putant, suū temporis latam vel regiam  
sed neq; hoc verifimile videtur propter eandem quam  
adduximus rationem. Quibus artibus post Cæsarem  
quæstus monarchicam potestatem sibi comparaverit de  
Tacitus libro 1. Annalium cap. 1. 2. et seqq.

§. 10. Quæ affert Auctor, non probant absolutam potestatem  
habuisse Cæsares post Augusti tempora: Nam ut  
sepius dictum Imperij Germ: initium merito ad tempora  
Caroli M. qui primus in unum corpus ad ipsum redegit  
de quo lib: 1. c: 2. etc: De finibus Imperij Germanici.

§. 11.

444  
D. II. Perperam existimat Auctor usq; ad Ottonem tem-  
pora Caesarum Germanicorum potestatem infinitam et libe-  
tam fuisse. Certum enim est, iam ab antiquissimis tem-  
poribus in nullo populo Germanico fuisse infinitam le-  
gis potestatem. Francorum itidem Reges neque belli et  
pacis, neque ferendarum LL. neque indicendorum tribu-  
torum, nec vite et necis primariorum subditorum  
plenam habuisse potestatem, sed quicquid horum est,  
ad summam leip. regenda potestatem pertinens  
non nisi de Ordinum consensu et in comitijs potuisse  
decernere, ex monumentis Francorum liquido apparet.  
Certum tamen est, post Ottonum tempora sensim de-  
crevisse, etiam regiam potestatem illam, quae fuerat  
nactenus; utpote cum primum permissum fuerit ma-  
gnos Magistratus, quales sunt Ducatus et Comitatus  
ad heredes transferre, tantum superstiti aliquo feudi  
vinculo. Nam provisum etiam fuit, ne multi comitatus  
atq; adeo amplissima Provinciarum bona ad unum  
Dominum transferentur, atq; adeo, ne excresceret  
nimium presentia Procerum subditorum, ad hoc  
Episcopis a Caesaribus data est nimis ampla potentia

temporalem quam vocant. Quo effectum ut Episcopi  
creverint in potentia ipsis Caesaribus amula. Cumprimis  
autem multum diminuta fuit autoritas Caesarum Legum  
nostrorum, quando erepta fuit Caesaribus libera potestas  
qua hactenus usi fuerant conferendi omnes Episcopatus  
et Abbacias universi Imperij. In cumulum denique ubi  
accessit prodigia donatio omnium per se regalium et  
fisci regij proventuum facta Principibus alijsq; ordi-  
nibus. De Caesarum potestate antiqua fere actum  
fuit.

#### AD PARTIS III. CAPUT I.

Prudenter Autor doctrinam de Leg. Germanica  
orditur a fine; quippe cum nihil recte possit institui  
in Leg. aliqua, nec Leg. instituta possint commodum  
dijudicari, nisi habito respectu illius finis universalis  
quem una quaeque Leg. sibi propositum habet. Ceterum  
haud satis distincte proponit, quoniam sit scopus  
tum Aeternum omnium, tum seorsum Imperij Germ. Con-  
veniunt enim quidem Leg. omnes in eo, quod propo-  
sitam habeant sibi utilitatem communem, differunt tamen  
plurimum, quod illam utilitatem non eodem modo

spectent. Alia enim quidem commodum publicum omnium  
 in universum civium ex aequo propositum habent, alia  
 autem primario quarunt salutem regnantium, subditorum  
 vero non, nisi per accidens, et habito respectu commodi  
 dominantium. Praeterea in omni Rep. haud pauci inveni-  
 untur, qui dignitate civium non polent, sed vere sunt servili  
 conditione, atque adeo in omnibus rebus etiam illis, ubi civi-  
 um felicitas ex aequo quaritur, aliquorum qui nempe in ser-  
 vili sunt statu, utilitas solet dari, non primario sed per  
 accidens. Atque hoc ipsum publicum commodum non ab omnibus  
 rebus idem observatur. Est enim vera felicitas humana  
 de qua et rerum sit collocata in studio virtutis, cum rerum  
 omnium sufficientia conjuncto. Solent tamen rerum quan-  
 tum abesse a vera illa felicitate, eamque collocare vel in  
 ostentia a lato quodam imperio vel in divitiis civium priva-  
 tum, vel denique etiam in voluptate, etsi quae voluptatem  
 simpliciter sentitur Resp. inventum sunt difficilioris. Quod igitur  
 ut attinet Resp. Imperii Germ. eadem illa ita composita  
 ut videatur spectare utilitatem communem omnium Imperii ci-  
 vium, minime tamen hinc sequitur, id quod videtur Auctor  
 velle omnium omnino qui in Imperio nostro vivunt salutem  
 ex aequo Resp. propositam esse, etsi et ipsorum salus saltem  
 aliquo modo et per accidens, in quantum scilicet interest domi-

nantium, et eorum qui proprie sunt cives Imperii, quarenda  
§. 1. Titulus Augusti, qui primum obligit Octaviano  
Caesari revera denotat sanctum quidem. Olim enim, qui  
bono augurio praeciale erat factum aut conditum, dicebatur  
Augustum. Quo sensu occinit olim Ennius.

Augusto augurio primum inelyta condita Roma est.  
Datum igitur hoc nomen Octaviano est a Senatu Romano  
feste Dione l. 34, et Suetonio in vita Augusti, ut indicat  
refert Octavianum Caesarem quasi sacro-sanctum, atque  
adeo inviolabilem habendum esse. Mansit idem nomen  
successoribus, eoque Graeci vocabulum illud interpretati sunt  
βασίλευς, cui ultimis temporibus adiecerunt vocem  
quasi dicitur semper venerandus. A Graecis sequiorum tem-  
porum Imperatoribus leges et Caesares Germanici titu-  
lum semper Augusti acceperunt, sed per errorem  
Germani nostri voculas illas interpretati sunt. Sicut  
Mabrum de Friso quasi vox Augustus non ab au-  
gurio, sed augendo derivata. Nec verum est, quare  
meus popularem hunc errorem nostratum dissimulare  
aut defendere.

#### CAPUT SECUNDUM.

§. 1. Antiquam Germ: Leip. memoriam repetentibus  
apparet olim quidem in variis populis variam Respubl:

cisse divisam, donec tandem felicissimis Francorum armis,  
 unprimis autem iis, quae à Carolo M. in unum corpus, non  
 tantum universa Germania, usq. ad mare Balticum, verum  
 riam quoq. Gallia cis et Italia usq. ad extremam Canta  
 nam, Hispania item pars ad Iberum usq. amnem, una  
 rum Pannonia et insigni Dacia portione. Non una vero  
 Germania populis quondam etiam Reip. fuit forma. Et  
 vero Taciti aere paucissimi Germanorum populi leges  
 uos habuerunt, ipsi Franci non nisi seculo V. Christia  
 nos leges sibi creaverunt. In univrsam autem apud  
 omnes Germ. populos insignis semper obtinuit populi  
 libertas, eoque etiam alicubi Regis dignitas quaedam prevaleret  
 ipso tamen illis Regibus nusquam infinita, nusquam libe  
 ra fuit potestas, sed alicubi quasi prevaluit, quasi ipsa  
 populi auctoritas, ubi vero partem Reip. saltem dimidiam  
 sibi populus retinuit. Haec ratio regenda Reip. cum olim  
 esset communis, propagata deinde fuit in univrsam Eu  
 ropam, atq. adeo in omnia illa regna, quae in Provincia  
 Imperij Rom. Occidentalis à se occupatis Germanici po  
 puli concederunt, donec tandem non nisi ultimis hisce for  
 mibus in Gallia et Hispania praeter solitum vis crevit



ordinum auctoritate pereunte. In Germania veteris illius  
leip. forma luculentissima omnium vestigia supersunt  
dieg. Plurimum vero falluntur, qui restrictam illam Regis  
aut Caesarum nostrorum potestatem tanquam novam quidem  
et insolidum auctumant. Imo vero eadem hodie super  
leip. ratio in Svecorum, Danorum et Anglorum Regnis,  
videtur ex antiquissimo more Germanico, ut pote cum et  
illi populi Germanice sint originis, et olim magna  
Germaniae accersiti. Imo vero etiam ad Sarmatas et mores  
Germanico eadem libertatis ratio devenit, cum olim sibi  
addicti plerumque illorum more illo, qui hodie apud Lusitanos  
aliosque Asiae populos obtinet, regerentur.

Unde Germanorum leip. Certissimum est et per  
petua quasi consuetudine in Imperio Germanico receptum  
ut Caesari seu Regi nostro non sit fas, sive LL. condere  
aut abrogare, quae universum Imperium obstringant, sive  
bellum aut pacem Imperii nomine iniire, sive tributa  
aut vectigalia indicare, sive denique in capita Principum  
ferre sententiam, haec vero omnia non licere nisi ex  
ordinum auctoritate agere, adeoque nimium graviter  
falluntur, qui audent Regibus et Caesaribus Germaniae

tribueret infinitam illam regiam potestatem, quae olim competijt  
 Imperatoribus Romanis, idq. non nisi obtentu inani Impera-  
 torij tituli, cum tamen nihil sit notius quam titulus in se  
 superstitibus. Reipublicae tamen rationem mutari pluri-  
 mum, atq. adeo ex solo titulo Romimp. formam accipi non  
 posse. Nec nunc dicam quod Imperatores Germ: Germania  
 imperent, non iure Imperatorio sed regio, proprie enim ad  
 Imperatorum titulum nihil praeter urbem Romae et reliquarum  
 aeternum Imperij Romani imperium pertinere.

S. 2. Imperatorum Rom: veterum non unus idemq. fuit  
 titulus. Primis sane duobus seculis omnes pene hoc nomine  
 dicti: Imperator, Caesar, addito deinde proprio nomine  
 subjunctis illis Pontifex maximus, Tribunitia potestatis,  
 Consul, Pater patriae. Interdum adita sunt et cognomen  
 a populis devictis, ita ut simul audiret Germanici, vel Britan-  
 nici, vel Gothici, vel Sarmatici, vel Alemannici, vel Parthici  
 vel simul hisce omnibus cognomen, aut certa ex parte junctis.  
 Mansit etiam idem mos pene seculo III. verum initio IV.  
 tituli Tribunitia potestatis et Pontificis maximi, ut et  
 Consularis caput amitti. Ex adverso dicti pleriq. hoc fere  
 titulo: Imperator, Caesar, subjuncto deinde proprio nomine

et mox addito: pius, Felix, Augustus, Pater Patriae  
vid. Wejenb. Comment. ad Proem. Instit. V. Seculo  
nulli iam audire ceperunt h. m. Imperator, Caesar Do-  
minus, subjecto deinde proprio nomine, eius, Felix, Au-  
gustus, Triumphator etc. Ceperunt eadem penè tem-  
pestate nonnulli etiam Flavios se appellare. Quo prae-  
nomen usus est etiam ipse Justinianus, cuius iam tum  
Graeci Imperatores appellabantur aei βασιλεως ceperunt  
et ipsi dici Augusti sc. semper Augusti. Porro qui nonnulli  
Imperatoria dignitate fruebantur, interim vero tum in  
spem Successionis recepti, seculo iam 3. ceperunt dici  
simpliciter Caesares, non addito Augusti cognomen.  
Plerumq. vero Caesares nobilissimi, atq. Caesarum illud  
praenomen quidem originem suam habet a nobilissima  
et antiquissima familia Romana Caesarum, qui cum esse  
natus Julius Caesar primus Monarchia Romana Con-  
tor, ille quidem ex sorore Nepotem Octavianum, et hic  
Tiberium, et Tiberius vicissim Caesarem atq. Claudium in fa-  
miliam Caesarem adoptavit, reliqui vero Successores non  
adoptione, sed sola dignitatis Successione in idem nomen tran-  
serunt. Similiter Augusti titulus primùm Octaviano a Se-  
nato Rom. fuit collatus, transiit vero et ille ad Successores  
solo iure parae dignitatis. Etymologiam vocabuli Caesaris

vide Borchold. in Comm. ad consuet. feud. c. 5. fol. 76.  
 tem Calep. in voce Caesar. Flavi prænomen proprium  
 fuit Vespasiano eiusq. filijs Tito et Domitiano, quod hic  
 essent nati familia Flavia, olim tamen ignobili. Quare nonnulli  
 Caesarum idem prænomen usurparint, certo vix constat, nisi  
 quod videatur verisimile eodem iure non nullis nomen hoc  
 affectasse, atq. omnes dicti sunt Caesares vel quod incerto  
 quodam vulgi nómre voluerint videri oriundi ex familia  
 veteri Flavia. Et verò observare est idem nomen et affectasse  
 Reges quosdam Gothorum simul et Longobardorum, postquam  
 uxorissent uxoribus familia Imperatoria natis. Notandum dignum verò  
 est, etsi vox Principis à temporibus usq. Augusti Regem nota  
 perit Romanorum, et nomine Principis in ditionem acceperint  
 Romanum Imperium Octavianus, nunquam tamen inter titulos  
 obleses Rom. Caesarum voculam illam occurrere. Quod  
 spectat titulos Regum et Imperatorum Germanicorum, illi tit  
 ulos multum variarunt. Nam Carolus quidem M. initio au  
 dit non nisi Rex Francorum, deinde verò Rex proq. Longo  
 bardorum post deiectionem Desiderium ultimum Longobardorum  
 Regem, interdum, sed rarissime etiam Dominator Saxonum,  
 frequentius verò post patriciatum Romanum audiit proq. Patri  
 cius Rom. deinde verò adeptus iam Imperatoria dignitate hoc  
 ere titulo splenduit. Carolus Imperator Rex Francorum et Longo  
 bardorum, huius Filius Ludovicus Pius plenè non nisi

Imperator audiit Romanorum, abstinens autem ab omni  
titulo regio, diviso Francorum Imperio inter tres filios, illi  
qui Romana urbi imperabant et Italia, dicta fuerunt Imperatores  
Romanorum, reliqui vero omnes contenti fuerunt  
nomine regio, ita ut vel simpliciter audierint Reges, vel  
vero Reges Francorum. Hic mos fuit observatus donec  
Otto Magnus, qui hactenus Rex audierat, vel Rex Fran-  
corum Imperatoria dignitate cepit appellari simpliciter  
Imperator Romanorum. Ex eo tempore is pene mos ob-  
servatus, ut qui nondum fuerunt coronati Roma a Pontifice  
Romani: dicti sint simpliciter Reges, paulatim vero a seculis  
magister propter XIV. dicti fuerunt idem Reges Romanorum  
abstinenter omnino a titulo Caesareo, Caesarem ante  
coronationem. Sec. XV. vero ceperunt idem etiam ante  
Romani coronationem appellari electos Imperatores, qui mos  
ad nostra usque tempora perdurat. Fuerunt autem Reges  
Caesares Germanici contenti uno nomine seu Regis seu  
Imperatoris Romani: quoniam omnia ad unum Corp. pertinebant.  
At vero Fridericus II. sese etiam Siciliae et  
Hierosolyma Regem appellavit, quod utrumque Regnum a  
Romani Imperii communiter ita dicti Corpore esset divisi-  
tum. Idem exemplum secutus Carolus IV. praeter Imperatorium

49  
tulion audiſt et Bohemia Lex, idem fecit Wenceslaus,  
igit mundus porro et Hungaria Lex audiſt. Cuius exem-  
tum ſecutus eſt Albertus II. Auſtriacus. Huius ſucceſſor  
Dionicius III. novo exemplo adiecit etiam titulos variorum  
dicabunt, quos poſidebat, quia in re ſecuti ſunt eum  
ſucceſſores ad haec noſtra tempora. Obſervandum  
vero unice meretur Maximilianum I. dictum fuiſſe ſimul  
Germanorum Regem, quo nomine ante illum uſus  
uerat nemo, eſſi hodie iam ſit uſu receptum. Videtur  
vero ille id ipſum ex conſilio Frithemij egiſſe, qui pri-  
us ſua etate prudenter animadvertit, quid voce et pro-  
nomine Romani Imperij nomine ſit dicendum, adeoque Germaniam  
non niſi titulorum Romani Imperij partem eſſe. Haud diffi-  
ciliſter vero liquet, ex re fuiſſe Germania futurum, ſi ab  
initio ſtatim obſervaret illud inter Imperium Rom. proprie  
dictum, et reliquum corpus Leip. discrimen. Ita enim  
emper potuiſſet Imperij Rom. ſplendidum illud nomen  
ſolidae poteſtatis penè nihil comprehendere, atque adeo minus  
potuiſſet Leſp. fraudibus Rom. Pontificum, qui obſcuro illo  
et inani titulo Imperatorio multum impentioribus aliquot  
perſecuta impoſuerunt, quaſi nimirum, cum coronatio Caſarea

à Pontificibus dependeat, hujus incho Francorum Regibus  
ut et post Ottom. et successoribus Regni Germanici  
illum titulum concesserint, nisi fuerit magno beneficio Ger-  
maniam affecisse, ut adeo ipsis merito in omni Reip.  
corpus jus aliquod competat.

§. 3. Quomodo habuerit sese successio veteris  
Imperatorum Rom: breuiter quidem, doctè tamen et plene  
persecutus est Onuphrius Laminius auri libelli de Co-  
nitibus Imperatoris cap: 1. Quæ si ex merito expendatur  
facile apparet, hereditariam successione rarissime locum  
inuenisse, ac proinde grauer A. N. hallucinari, imo  
verò diligenter ad omnia attendentibus, haud difficile  
fuerit perspectum vim ipsam creandorum Caesarum ab  
Augusti aetate tantum, non semper fuisse penes militem  
Rom: Et verò, etsi Senatus unum aut alterum Caesarum  
dixerit non tamen nisi militum consensu id factum esse  
Qui itid. Parentibus Augustis successere, coacti fuerunt  
militum consensum et suffragium sibi conciliare, multum  
eorum rejecti à milite, imò occisi sunt. Nec verò aliter  
sepe res habuit Sec: 1. 2. etsi minus tumultuatum à mi-  
lite illo æro fuerit. Cum primis verò militaris illa vis

nunciavit integro seculo 3. Regnum Germ: Successionem  
 ad attinet, habuit quidem illa in omnibus populis Germa-  
 nis aliquid magis tamen minusve hereditarij. Vis tamen  
 ipsa creationis fuit penes populi electionem. Ab antiquis si-  
 sc: temporibus mos fuit omnium Germ: populorum Re-  
 ges sibi sumere, ut Tacitus loquitur, ex nobilitate hoc est  
 abita ratione generis, atq; ideo ex sanguine Regum Re-  
 ges sibi creare, quoad quidem pateretur salus Reip. et  
 Reip. regenda ex stemmate regio superessent. Simul  
 ero creditum, interesse Reip. aliunde Reges adsciscere nunquam  
 ablatum fuit ab omnibus populis Germania fas sibi esse nul-  
 lum habere in Regibus eligendis pristini sanguinis rationem.  
 Et sane ubivis fere obinuit is mos creandorum Regum, qui  
 etiam in Danis, Hungaris et Polonis observatur. A prisco  
 utem illo more in Germania quidem non nihil capit, nec  
 it seculo 12. laxiori quodam eligendi ratione introducta,  
 atq; ex consilio et hortatu Rom: Pontificum quorum inter-  
 ventu ut robur Imperij licentia eligendi ratio observata  
 fuit, donec seculo 12. et 14. illa magis effrenis eligendi  
 ratio observata fuit, donec seculo 15. necessitas adiecit Ele-  
 ctorem Principem ex una familia Austriaca Reges creare.



Quod nimirum in Germania nulla familia superest  
ferendis sumptibus, quos majestas regia requirit, omnino  
fisci bonis, iam in privatam Principum possessionem  
reductis. Ut distincte autem pateat, quemadmodum Im-  
peratoria dignitas fuerit propagata, ex quo illa ad Fran-  
cos devenit, principio observandum est a Leone III. Papa Romani  
populi scitu et rogatu Ceteri Carolum M. quoniam  
titulo Regis Franconum et Longobardorum imperio  
continebat Germaniam, Galliam omnem, etiam hi-  
spaniam partem, Italiam penè universam, Rannoni-  
am et Noricum, et Daniam partem. Patricij vero Ro-  
mani titulo iam tum in ipsam urbem Romanam, Papam  
et veteris Imperij Romani reliquias Principatum obtinebat  
Imperatorem appellatum et aureo diademate redimitum  
quodvis esse renunciationem. Eo ipso vero non Carlo tantum  
personale aliquod jus datum esse, sed ipsius etiam familiae  
hereditariam datum Imperatoria dignitatis possessionem  
inde colligere est, quoniam ipse inconsulto Romano Pa-  
pae aut populo filium Ludovicum Imperatorem creavit  
Ludovicus vero pari ratione Lotharium filium, Lotharius

Ludovicum II. filium suapte sponte imperatorio titulo  
 naverint. Usq; sane adeo id verum est, ut Onuphio  
 amvinius dilente hisce verbis utatur: c. 5. l. de com:  
 up. Imperium Franciscum Romanum hereditarium in suo  
 timordio fuit. Carolus enim M. Ludovicum Primum, filium,  
 Ludovicus Primum Lotharium, Lotharius Ludovicum II. filios  
 reder Imperij reliquerunt. Eodem cap. de q. illis primis  
 rancia Imperatoribus ita loquitur: ipsi cum ex sola her  
 late nullo electionis iure sibi invicem successissent Augusti  
 el Imperatoris nomen non die sua coronationis a Rom:  
 ontif. assumerunt, sed eo potissimum, de quo a Patre appel  
 bantur Imperatores, a quo etiam die eorum Imperij amor  
 emerare solebant, nulla habita ratione Pontificia conse  
 rationis. Ad enim satis eorum privilegij et diplomatijs  
 qpet, in quibus tam ante, quam post Romani Pontificis  
 coronationem se ipsos Imperatores Caesares Augustos appellant,  
 od nullus sequentium deinde Imperatorum fecit. Hactenus  
 Onuphio. Et vero Ludovico II. mortuo, cum Carolus  
 alvius malis artibus a Pontifice Rom: Johanne VIII. archi  
 fratre Ludovico Germanico, cui hereditario iure com  
 sebat, dignitatem Caesarem sibi fuisset mercatus, ob

timuit fore, ut nemo posterorū dignitatem et titulum  
quidem Imperatorum sibi sumserit, priusquam a Pontifice  
Rom: esset coronatus. Nec enim obtinuit hoc florenti  
adhuc Carolinā familiā, verum et post, ubi Leo VIII. Pa-  
pa aeterno foedere imperatoriam dignitatem Germaniae Re-  
gibus in Ottone M. devinxisset. Et sane tale aeternū  
pactum fuisse sum initium, ut nempe omnes Germ: Reges  
in posterum sint Imperatores Rom: atq; adeo, quo momento  
creatus Rex, simul et illū, qui iure debeat Romae imperator  
constitui, tale in lib. de Germ: Imperio demonstravimus,  
essē vero titulo Imperatoria antiqua illa consuetudine iam  
recepta abstinuerint semper Germ: Reges ab Imperatoris  
titulo, contenti vel factum Reges, vel electi Imperatores  
audire, semper tamen firmiter p̄st̄ illis persuasum, etiam  
ante tituli Caesarei plenam consecutionem iura Caesarea  
in urbem Romanam, Papam et reliquias Imperij veteris sibi  
competere, ut ut Rom: Pontifices conati fuerint doctor hominū  
ne regia quidem iura plene ipsis ante consensum suū  
impetratum convenire. Quicquid sit, certē ex quo Imperatoris  
dignitas Francorum, Germanorūq; Regibus fuit adhaerens  
eandem ratio, imō idem actus fuit constituendum, di-  
gentiorū

gendoniū Imperatorū, qui Regū. Ex his quæ  
 iam allata sūt in mediū, id demū constat, perperam  
 ab hōre nostro itā diseri, tanquam in Imperio Germanico  
 post Ottonem III. nova succedendi ratio cepit, ut enim alia  
 nunc faciam, certe post extinctam familiam Carolinam non  
 alio modo ad Conradum I. Regem, et similiter ad Henricum  
 I. dignitas regia pervenit, quam illo, pro translata est  
 ad Henricum II. imò et ad Lotharium Saxonem, Cūm  
 tum III. et Fridericum I. Perinde etiā atq. aliqua ratione  
 hereditaria successio videri possit, obtinuisse post Henricum  
 I. in tribus Ottonibus, itā etiā sese res habuit post Con-  
 radum II. Saltem in Henrico III. et IV. ne de V. nunc aliquid  
 dicamus. Et verò Henrico IV. imperante facta demū est illa  
 rebellantium Principum constitutio, cuius hisce verbis me-  
 minit Auctor libri de bello Saxonico illis temporibus coæpor.  
 hoc sibi inquit, communi consensu comprobatur, ut regia  
 potestas nulli per hereditatem cederet, sed filius Regis etiā si  
 valde dignus esset per electionem spontaneam non per suc-  
 cessionis lineam perveniret. Si vero non esset dignus Regis  
 filius, vel si nollet eum populus, quem Regem facere vellet  
 potestate haberet populus. Hactenus ille. Et vero seculo 12.

cum Friderico I. Electori Stouens filius esset, eius statim in  
alijs habita est ratio. Hoc etiamnum viro electus fuit pater  
Fridericus II. quoniam repentina mors Patris, electionem  
reddidit irritam. Etiam ita vero a plerisque in eligendo  
Philippo respectum fuit ad sanguinem Imperatorum quo  
natus erat. donec demum seculo 13. plena illa eligendi liber-  
tas inuoluit, donec tandem a Friderico III. temporibus ita  
tantum nova hereditaria successione forma aliqua necesse  
sitatibus Leip. expressa est.

S. 4. Quoniam h. l. prima quasi fuit mentio Aure-  
Bulle, meretur ante omnia observari Bullam primo  
significare ex dudum recepto usu sigillum aliquod ap-  
pensum solemnibus literis magnatum. Secundario vero  
literas ipsas talibus Bullis insignitas. Hinc adeo etiam  
litera Imperatorum et Regum nostrorum bulla appella-  
sunt. Fuit vero et apud Græcos Imperatores Constanti-  
nopolitanos, ut et horum exemplo apud Imperatores Ger-  
manicos in usu, appendere solemnibus tabulis illis Bullas  
aureas seu inauratas. Quomodo ex antiquissima  
consuetudine appenduntur solemnibus Pontificum literis  
Bulla plumbea ex filo camabino. Hac occasione illa

Caesarum tabulae solennes omnes, dictae sunt olim Bullae aureae:  
 nam inter cum praclarissima sit fama illa à Carolo IV.  
 Casare, de electione regia conscripta constitutio kalendas  
 jam audit illa Bulla aurea, communi alias omnibus  
 solennibus Caesarum tabulis cognomento. Meretur vero etiam  
 hoc notari, papalibus quidem Bullis, quae tabulis appensa  
 sunt, commune esse, quod ornata sint imagine Petri et  
 Pauli, Caesarea item, quod imaginem referant Imperatoris,  
 reliquas tamen inscriptiones non eodem modo semper  
 habuisse. Et vero videas in antiquissimis fere in-  
 scriptionem hanc: Roma caput mundi regit orbis frena  
 totius; effigiem iterum aquila, non bicipitis tamen ut hodie  
 ed veram aquilinam formam referentis. Quod attinet  
 vero Auream Bullam Caroli V. lata est constitutio illa  
 Caesarum et Electoribus in id potissimum, ut et antiquae  
 consuetudines iam receptae, scripto roborarentur, et quae  
 spererant controversia circa electionem, et Electores tolle-  
 rentur e medio. Plurimum certe falluntur, et possumt refelli  
 non tantum historis seculi 13. et 14. verum etiam ipsi,  
 etiam met Aurea Bulla saepius repetitis verbis, qui existimant

omnia quorum in Aurea Bulla fit mentio, tum demum  
novo instituto fuisse introducta. Aurea Bulla porro Ca-  
roli IV. authenticum est exemplar, reperitur Francofurti  
loco electioni consecrato, constans folijs 43. et ex fili-  
sericeis flavi ac nigri coloris, dependente Bulla aurea  
in cuius altera parte reperitur imago Caesaris; altera vero  
alicuius arcis aut potius ipsius Romae. Optime denique  
omnium in sedecim quidem priora illa capita, commen-  
tatur est Gerlacus Buxtorffius.

§. 6. Aliquandiu invaluit eum alibi, ubicumque fuerit  
Regna libertate populi mixta, et in Germania nostra  
ut Reges et Imperatores non nisi in certas leges elige-  
rentur. Haec leges solent vulgo appellari capitulationes.  
Scrutantibus autem res antiquas Imperij, haud difficile  
patet, ab antiquissimis usque temporibus non nisi in  
versis et de paucis fuisse pactum, nempe in genere  
de colendo Deo, tuenda vera religione, et de iustitia  
cuius tribuenda; at vero a temporibus usque Caroli V.  
crevit numerus illarum legum, et plurima plane sig-  
nificata sunt definita, atque ita quidem, ut penes ex eo tempore  
in quavis electione novae leges capitulares fuerint ortae.

Ironiam autem hoc ipsum fuit visum, nec immerito con-  
 junctum cum magno detrimento seip. hinc in Instrumento  
 pacis nuperime diserte definitum est, ut in posterum per  
 perpetua aliqua ac certa Capitulationis forma (Sectione 8.)  
 et quidem consensu omnium ordinum, utpote cum ad  
 omnes, non vero ad solos Electores plurimum pertineat  
 legum saluum observatio constitueretur, quod tamen  
 in proximis Comitibus Ratisbonensibus expediri non potuit  
 per studia multorum electoralium, imprimis in contrari-  
 um sententia. Collegit vero in unum omnes Capitulationes  
 Carolo V. usq. ad Ferdinandum III. et prolixo commen-  
 tario illustravit Johannes Lymæus, qui perinde meretur  
 egi.

Viventis successor destinatur sic: Cautum ista fuit  
 nimium quidem a. 1612. in capitulatione Mathiæ Art: 35.  
 repetitum idem est in capitulatione Ferdinandi III. a. 1619.  
 Art: 34. item in cap. Ferdinandi III. a. 1636. Art: 38.  
 et quidem nunc dicam de capit: Ferdinandi IV. Ocas-  
 sione autem ferendæ legis de invito etiam Cesari dando  
 successoris dedit disfidium, quod fuit inter fratres  
 Rudolphum Imperatorem et Mathiam, qui initio fratre vivo



Succesor obtrusus est in Regno Hungaria et Bohemia  
Lata autem illa lex haud sane est inutiliter: utpote cum  
interfit leip. successione certam habere, fieri possit  
ut Imperator vivus id velit, effi leip. fuerit necessarium

§. 7. Facile patet, licere Imperatoribus, utpote cum libe-  
rimo arbitratu habent Imperij quilibet assumere, nec  
in perpetuum sese muneri adstringere teneantur. Laudo-  
simi autem sum in veteri Imperio Romano, tum etiam  
in Regno Germ: fuere, qui resignarent, effi plurimis  
molestijs afficerentur. Indubie quod magna potentia an-  
mos mortaliu nimium quantum delectet, ut in privata  
conditionem se redigi nemo temere patiatur, sciens qui-  
dem volensq. Ex historijs vero constat, Maximilianum  
quidem Diocletiani Collegam facti penituisse, nec de-  
fuit idem, qui testentur de Carolo V. Est autem exem-  
plum illud Diocletiani et Maximilianum ex seculo Christi  
ano 3. Letharij ex seculo 9. Caroli V. ex seculo superiori  
desumptum.

§. 8. Carolus Crassus Rex Germaniae et Imp. Longae  
ar potentissimus, cum incidisset in morbum animi pariter  
et corporis, ab Ordinibus Regni Germ: conspiratione

facta fuit, violenter potius depositus, quam ut resigna-  
rent regiam suam dignitatem. Ex historia autem illius  
facile apparet, magno malo Reip. cessisse violentam  
depositionem, utpote cum occasio, hac ratione data  
ad invitandi varias Imperij partes, et nova Regna per  
Galliam, Burgundiam, et alicubi cum summo Germ: detri-  
mento instituti, et non haud degenerem Successorem Fr-  
dericum, Carolus Crassus nactus sit.

55  
S. 9. Haec quid propositio vocat dubio: Quicumq; con-  
tulerint potestatem aut dignitatem aliquam in illorum  
Regnum, ut ita loquar: potestatis et dignitatis faciendam  
resignationem. At vero Pontifex praefendit collationem Im-  
perialis dignitatis a se esse, ac concludit proinde apud  
se quod resignationem institutam esse. Caeterum Rom:  
Pontifici circa constitutionem Regum et Caesarum non eli-  
gendi, nec etiam confirmandi, sed solum coronam Caesarem  
Germaniae Reges inaugurandi ius esse, alibi probatur.  
Ita proinde iniuste postulasse Paulum IV. Papam, ut apud  
se Caesaria dignitas fieret resignatio, manifestum est.  
Sed noster alio usitur argumento, quo probet coram  
lectoribus omnino fieri debere renunciationem. Quod nempe

renunciatio nihil sit aliud quam remissio debite obedientia, fieri ergo proinde debere coram iis, qui obediunt honorem vero omnium personam quasi referre. Electores Verum enim vero hanc coram Electoribus resignationem esse factam, propterea, quoniam Carolus per illos fuisse Imperator constitutus, iusque illis solis sit, Caesares eligere.

§. 10. Principem et omnibus iuribus maiestatis gaudentem, si fundamenta Reip. convellat, possit deponi, ipsemet fatetur, Auctor cogitur proinde etiam fateri, quod si Imperator iuribus, quae ab Imperatoribus accipiuntur abusus, velit Reip. fundamenta destruere, posse merito deponi, utpote cum Electores et Principes Imperii magna partem maiestatis iurium participent. An vero Imperator, si quid iniuri committat, quod semp. non convellat, etiam si capitulationis legibus adversetur, iure possit deponi, questio alia est. Nec vero iure tale quid licere Arnicaus professus est, utpote qui simpliciter censeat Principum Auctoritatem inviolabilem oportere esse, quam diu fundamentis Reip. haud noceant. Et vero verisimium illud est, quoniam vix fieri potest per ingenij impercillitatem, ut non interdum Principes iniure aliquando

decernant: Si liceret igitur Principes exuere statim  
 potestate, propter iniura, quæ nullum regnum, nullius  
 Principatus proinde, ut nulla alia Resp. vel ad breve tempus  
 salva et censenda sunt jura positiva et civilia, ut impune  
 liceat legibus ac Principibus interdum iniqui quicquam  
 agere, modo Resp. fundamenta sint certa et stabilia. Quæ  
 propter operosa omnino ac intricata disputatione Auctoris  
 nostri non fuit opus. Quod exempla autem attinet dispo-  
 sitionis Cesarum Legumq. Germ: reperitur illud in Amalphi  
 Cesare, Henrico IV, Fridenico II. et Wenceslao. Coeterum  
 an illis legibus et Imperatoribus Germ: iustis de causis  
 negatum fuerit obsequium, merito dubites. Et vero aduersus  
 pene omnes ipsi quidem ordines Imperij siapte sponte nihil  
 ferre moverunt, sed incitati potius pravis artibus Rom: Pontifi-  
 ficum. Et si vero aduersus Henricum IV. initio quidem Saxo-  
 rum arma iniusta fuisse haud dixerim, unum Wenceslaum  
 omni dignitate exuerunt Electores, et propria sententia, ut et  
 omnes ordines Carolum Crasum. Neutrum autem facinus  
 ortasse excusare licet præq. eo uno, quod ordinibus et Electo-  
 ribus fas sit omnibus modis cavere, ne quid detrimenti  
 apiat Resp. ab ignorantibus legibus, quales fuerunt et Carolus  
 ille et Wenceslaus. Certe decuit eventus Caroli Craschi

depositionem nocuisse plurimum Leip. data sc: occasione  
hoc ipso varias invadendi Leip. partis sibi vindicandi.  
S. 13. Sed id A. B. etc. Nusquam in Aurea Bulla  
legas, licere viro Cesare eligere quempiam in specu suc-  
cessionis. Sed ita omnia definiuntur, quasi demum fas  
sit, eligere Regem, si quando vacat Imperij dignitas.  
Et vero a temporibus usq. pene Frederici II. cuius avo  
capit. VII. Electorum dignitas usq. ad Carolum IV. atq.  
adeo per 150. amplius annos nemo erat creatus Rex Rom.  
nisi vacante Imperio. Ideo ex Aurea quidem Bulla  
non licet colligere, sitne fas, an nefas, eligere Imperatorem  
citra alterius adhuc viri consensu. Ad hoc cum Rom.  
Regi electo nulla competat cura Leip. viro Cesare, sed  
tantum spes aliqua successionis, facile apparet, nihil ad  
rem facturum, si Caesar forte negligentior sit, ut nem-  
erit electus Rom. Rex, nec ne; ac proinde quod A. crimi-  
mat. B. convenire, ut liceat Cesari invito, si negligen-  
tius Rom. curat, dare successorem, plane est de nihilo.  
In capitulationibus cum Matthias, Ferdinando II. et suc-  
cessionibus inter demum liget invito Cesare viro succe-  
sorem eligi posse.

§ 14 Jam dudum ante Carolum IV. aliquandiu obti-  
 uerat, ut Francofurti ad Moenum fieret electio, itaq.  
 pro consuetudine quasi receptum erat, etiam lege scripta  
 definitum fuit. Antiquissima autem Leip. Germ: tempora  
 respexerimus, observare est, nullum fuisse quondam electi-  
 onis destinationem locum, sed varijs et sine discrimine  
 in locis institutas fuisse. Coeterum nec post Carolum  
 hunc adeo unum Francofurtum fuit electionibus dica-  
 tum, semper prevalente publico commodo. Et vero nihil  
 est causae solidae, quare uno in loco omnis institui de-  
 eat electio, ut merito proinde id, quod per temporis rati-  
 onem commodissimum est, praefertur, et consuetudini ali-  
 quandiu recepta et legi huic scripta.

§ 15. De Caesaris obitu. Observare licet in historia  
 Imperatorum Germ: olim quidem sic satis fuisse frequens  
 et successor constitueretur vivo Imperatore. Sic Carolus  
 IV. vivus constituit filium Ludovicum Primum, Ludovi-  
 cus Lotharium, Lotharius Ludovicum II. eodem tempore  
 in Germania Ludovico Germanico vivo 3. filij dicti  
 sunt Reges, in certissimam successionis spem. Henricus  
 princeps itidem Oltonem M. filium, et hic Oltonem II. vivi

Succesores declarare. Item observatum fuit circa Henricum  
cum III. IV. & V. Friderico etiam Barbarossa viro in Caesaria  
re electus fuit Henricus VI. et hoc viro Fridericus II.  
effi res successu caruent. Similiter Friderico II. viro  
Conradus filius electus & coronatus fuit. Ex eo vero tem-  
pore raris tale contingit, nisi Fridericus III. Maximilianus  
I. Filium curarent inaugurari. Fecit idem circa Fer-  
nandum I. fratrem Caroli V. Ferdinandus itidem fecit  
inaugurari filium Maximilianum II. et hic Rudolphum  
Similiter Ferdinando II. viro electus ac coronatus fuit  
Ferdinandus III., is qui hodie rerum potitur, nuper etiam  
Ferdinandus IV. piissima memoria viro Latre Successor  
creatus est. Et vero Sec: 9. Statim ita viris Parentibus  
creatus. Ante quidem Carolum Crasum in ipsum Imper-  
ratorium nomen assumpti sunt. Sequenti tamen tempestate  
omni tantum Reges vel nude vel addito nomine Romanorum  
dicti sunt. Cum vero in A. B. pene sit definitum  
quasi demum vacante Imperatoria dignitate fas sit non  
Imperatorem eligere, merito queratur, quid sit Reip. utilius.  
Et vero non desunt hodie, qui asserunt, non esse ex

imperij re, ut vivo adhuc Imperatore successor designe  
 ur in eo obtentu, quod videatur libertati Principum  
 Electorum minus bene ita consuli. Ex adverso tamen  
 drens potius Resp. id ipsum per esse utile, propterea, quod  
 um alijs Regnis, tum cum primis electivis inter regna paulo  
 uturniora et minima eligendi libertas propter partium  
 studia summa sint noxia. Et vero etiam cautum fit  
 A. B. ut durante interregno a duobus vicarijs Resp.  
 Administretur; facile tamen apparet momentaneam illam, ut  
 ta dicam, dignitatem non pollere ista auctoritate, qua tamen  
 isto Imperio par sit. Ac proinde vicariatum illo duplici  
 rohibere non posse, quo minus durante interregno Imperium  
 otibus ei disfidys, potissimum autem armis externis sit  
 xpositum. Solere esse majorem eligendi libertatem, si  
 prando iam sit mortuus is, qui hactenus rebus praesuit,  
 docet experientia in omnibus plane electivis Principibus,  
 um sacris, tum alijs, at vero, non quaelibet libertas pro  
 est Resp. imo interesse salutis publicae, ne libertas in  
 icentiam degeneret, atq. ita Resp. per libertatem capiat  
 mid damni et detrimenti. Et vero usq. docet illam miniam



eligendi libertatem hoc penè effecisse, ut per Leges  
et capitulationes, quas appellant ab eligentibus minima  
licentia proposita sit vis et auctoritas Regnum et  
Principatum tantum non omnis perierit, quod non  
utiq; contigeret, si iam tum vivis Regibus ac Principibus  
de successione fuisset actum, utpote cum auctoritate  
viventium facile potuisset coerceri illa publice auctori-  
tatis per novas leges deminutio. Satis profecto vera heri-  
tati leip. cautum est modo electio aliqua instituatur,  
etiamsi illa fiat vivo Imperatore.

§. 16. Sed tenetur. Non est quidem hoc A. B. diserte  
definitum: interim tamen hoc ipsum exigit officium Electoris  
quippe quibus præ alijs datum id sit, uti videant, ne  
quid detrimenti capiat Imperium.

§. 18. Consistere quidem est: Auctor noster existimavit  
nec male Principem Electorem non vocatum, ultro sese  
sistere debere. Et verò cum in Aurea Bulla diserte sit  
cautum, omnes Electores teneri sese ultro sistere, si officium  
non faciat Moguntinus, facile apparet unum à Moguntino  
neglectum sistere sese itidem debere. Atamen hoc proq;

59  
prode Buxtorffius vult, si postea quam se se sicut Elector,  
nullis iustis tamen de causis ab electione excludatur, tunc  
merito electionem irritam habendam esse. Huc sane faciunt  
argumenta, quibus etiam Innocentius III. Papa usus fuit  
cap. venerabilem adversus Philippi electionem. Alia  
tamen ratio est, si quis electorum a Collegio electorali iure  
it exclusus, quod iudicatum non ita pridem fuit de Archi-  
episcopo et Electo Trevirensi in electione Ferdinandi III.

§. 19 Principes Electores politici Ordinis, si 18. annos  
impleverint, idoneos esse ad electionem, expressa lege  
autum est tit. 7. Ecclesiasticos vero idoneos esse, et si non  
im sint confirmati a Pontifice Rom: potius consuetudine  
ne non scripta receptum est. Facili vero constat ratio  
ius consuetudinis, utpote quia hoc non admisso fieri  
posset, ut nulli Electores Ecclesiastici idonei sint electioni.  
os autem omnes abesse ab electione, utiq. fuerit cum disci-  
pline Leip. conjunctum. Legis illius scripta de maioren-  
tate electorali ratio minus patet, utpote cum Electio etiam  
immode possit institui ab eo, qui tutore nomine electorali  
provincia preest. Videtur itaq. potius condita Lex illa  
non tam in commodum electionis, qua illius cui iure

competit Electoralis dignitas, ut nempe ille cito possit  
Dominus esse bonorum suorum, eorumque fructum capere  
quoniam nimirum receptum est usum, ut fructus, qui non  
impenduntur in sustentationem pupilli cedant futuri-  
bus Principibus.

§. 21. Jam aliquot seculis obtinuit, ut electio fieret  
Francofurti, etsi initio Imperij nulli certo loco adstricta  
fuerit. Post Auream Bullam latam, non tantum Rupertus  
Bavariae fuit electus, sed Ferdinandus et III. et IV.  
alter Ratisbona, alter Augusta Vindobonum. Etsi vero  
hoc ipsum adversetur A. B. cogitandum tamen est, legem  
quamlibet positivam, qualis haec est, cedere debere neces-  
sitati et commodo Reip. Quod si tamen nulla urgeat  
necessitas, quin lex quidem exigat, uti Francofurti fiat  
electio, vacat dubio. Fortassis tamen in universum Reip.  
fuerit commodum, si illa loci distinctio tollatur e medio.  
Certe cum olim crederetur vana quaedam superstitione  
solum Francofurtum esse electioni idoneum locum, vehe-  
mentissimis saepe turbis patuit Respublica, tum pro-  
sertim, quando Francofurtenses nova electioni  
se se opponerent.

§. 22

60  
§. 22. Germania Stirpes etc. Stirpis Germ: cum  
eligendum esse Imperatorem, nulla lege scripta, atq; adeo  
nec A. B. constitutum. Consuetudine tamen quasi perpetua  
per annos 800. amplius est receptum, nec enim electio Richardi  
Angli aut Alphonsi Arragonia in exemplum contrarium  
adduci merentur. Utpote cum uterq; electus fuerit per facti  
ones et civiles tumultus, utriusq; item electio non multo  
post sit reddita irrita. Hodierna Imperij necessitas etiam  
inuitos adigit Electores, propemodum non nisi Germanum  
eligere, cum peregrinis aliquis, si quidem fuerint a Germ:  
remotus non nihil, non possit commode Imperium admi  
nistrare, utpote cum omnia bona Imperij publica unde  
impensa publica sunt ferenda, in privatorum manus  
ductum pervenerint. Observandum autem est, non sta  
tim habendum pro non Germano illum omnem, qui extra  
Germaniam natus est. Debuisset etiam excludi Ferdi  
nandus I. natus in Hispania, imo potuisset dubitari  
de Carolo V. etsi ille natus fuerit Gandavi in Flandria,  
qua urbs antiquitus quidem pars fuerat Imperij Germa  
nici, ut in libro de finibus expositum est, iam dudum  
vero Imperij finibus excidisset. Germanus itaq; omnis,

habendus fuerit, qui origine naturae Germanica bona possideat, intra Imperii Germanici limites constituta. Saluberrimum  
però est consuetudo, quae omnes peregrinos nunc arcens  
à capessenda dignitate Caesarea, quoniam à peregrinis  
praesertim si illi fuerint à Germanis moribus alieni, facile  
in ingens discrimen Resp. possit conijci. Eadem autem ra-  
tione fortassis commodum esset, si lege excludatur omnis  
qui, tametsi stirpis sit Germanicae, bonae non nulla Ger-  
mania possideat, opibus tamen et viribus alienis simul  
polleat, nec verò non falsis aliquis itidem Resp. facilimo  
negotio possit nocere, atque libertatem in dominatum con-  
vertere.

§. 23. Conditae haec lex est proad modum ad exemplum  
conclavis Pontificij. Neque tamen momenti nullius utpotè  
cum nemo habeat vim auctoritatis Electores aut Electo-  
rales cogendi legatos.

§. 24. Et quoniam haec disertè habetur in proemio  
Aureae Bullae, conditam illam esse in comitijs plenjs Impe-  
rij, ac proinde cum non liceat refrigere legem, nisi ipsa, à  
quibus est lata, pariter etiam non esse fas Electoribus pro  
arbitratu suo ab ipsis, quae in Aurea Bulla decreta, recedere.

61  
ex adverso tamen multo plus auctoritatis sibi sumserunt  
Electores, aucti iam a temporibus Caroli V. inconsultis omnibus  
reliquis Imperii Ordinibus, novas atq. hactenus non usitatas  
Leges, quas appellant capitulationes eligendis Imperatoribus  
prescribere; imò vero tacito silentio omnium ordinum (nec ta-  
men tanto temporis spatio unquam ab Ordinibus fuit contradicium)  
Hæc ab Electoribus sumpta potestas videtur fuisse confirmata.  
Atamen in Instrumento Læcis nupera disertè est cautum de  
formula Capitulationis in plenis comitijs ordinum instituenda.  
Quod instrumentum, quoniam in leges publicas Imperij re-  
ceptum est, facile iam apparet non amplius, quemadmodum  
ante hæc solitum in arbitrio Electorum collocatum esse mu-  
tationem autem, novos ritus condere ad electionem pertinentes.

§. 26. Ita sane caveri sibi fecerunt Electores c. 2.  
H. B. non possum satis mirari, si Aurea Bulla est lata  
in plenis Imperij comitijs, reliquos Imperij ordines non etiam  
mutavisse summi et status rationem. Bene tamen est, quod  
iam tum in capitulatione cum Carolo V. imita, atq. ex illo  
recepto more reliquis proq. omnibus Imperij ordini-  
bus disertè non minus atq. antehac, solis Electro-  
ribus cautum sit.

§. 27. Primus Clemens V. Papa Clementina II. cap:  
pastoralis de sententia et re iudicata, et post illum Joha-  
nes XXII. in X. vagantibus cap. unico ne sede vacante  
decreverunt diversa quādam constitutione ne Imperator  
electus habeat potestatem administrandi Imperij, priusquam  
fuerit a Rom: Pontifice confirmatus. Et vero huic con-  
stitutioni inherenter Papa Ludovici IV. Imperatoris actus  
omnia irrita pronuntiaverunt, quod nimirum a Rom: Pon-  
tificibus non etiam confirmatus. Huic insolentia Pontif-  
icis Rom: et ipse Imperator et Imperij Electores sese opponen-  
tes contrariam legem condiderunt Ao 1539. cuius ab Auctore  
nostro, ex Petro Steep. et Leddorsfensi hoc loco fit men-  
tio, habetur autem integra apud Albericum de Rosate  
Actum, Hieronymum Balbum et alios. Atq. Omniphius quidam  
Lamvinius cap. ult. scribit, hanc legem statim fuisse  
abolitam. Haec tamen illius abolitionis nullum vestigium  
potui reperire. Et vero usque docet, omnes nostros electores  
Imperatores a momento usque electionis, nondum subsecuta  
aliqua Rom: Pontificis approbatione plene omnia admi-  
nistrare, Ferdinandum etiam I. Pontificis Pauli IV. ca-  
nibus acriter sese opposuisse certissimum est. Quod si vero

antiquiora tempora velimus respicere, liquido apparet, iam post  
tempora Heinrici IV. Imperatoris ingessisse sese Rom: Pontifi-  
ces Constitutionibus Caesaris. Ordines quoq; Imperij Germanici  
Pontificibus ei superstitione temporum necessitate haud parum  
induluisse. Et vero iam fuit Lothario Caesare ceperunt  
Papa cum suis cunctis praefendere quasi nostri Reges  
in Dominium Imperialem dignitatem a Pontificibus consequantur.  
Friedericus tamen Barbarossa generose adiecit Rom: Pontifi-  
cem Adrianum, novam atq; aliam verbis Imperatoria Majesta-  
tis adiecit dare significationem. Cum Otto IV. contra Phi-  
lippum electus esset, disertis verbis illi elegerant Principes  
a Pontifice Innocentio III. confirmationem electionis expeterunt.  
Innocentius quoq; ipse III. cap. venerabilem extraragi de electi-  
one et electi potestate. Idem aliquot argumentis conatur osten-  
dere Rom: Pontifici competere confirmationem. Nec potest ne-  
gari, sequente tempestate voce confirmationis non minus Prin-  
cipes Imperij Electores quoq; Pontifices in negotio hoc usus  
esse. Et vero in ijs literis, in quibus nonnulli Principes Otto-  
nem IV. a se electum Innocentio III. Pontifici commendaverunt,  
disertis verbis petitur confirmatio Ottonis. Huc quoq; omnino  
respexit Innocentius ille Papa in cap. venerab. Verum enim  
vero, ex adverso certum est, multisq; a me ostensum libro



de Imp. Germ-Rom: Ante Hildebrandi quidem tempora  
electos Caesares etiam ante omnem coronationem confirmatio-  
nem aliquam Pontificiam non in ipsa urbe Româ in ipsâ  
Pontificem Romanum Caesarea jura exercuisse. 2. etiam id  
certum est Regnum Germ: imò et Italicum à proprio dicto  
Rom: Imperio plane quid diversum esse, atq; adeo corona-  
tionem Pontificiam, et si qua forte ipsi competat, confirma-  
tio ad solum illud proprie dictum Rom: Imperium id  
pertinere. 3. etiam observandum est vocabulum confirma-  
tionis modo proprie modo improprie accipi, atq; adeo pos-  
sint interdum quom dicitur confirmare, qui tamen id vere non faci-  
at, sed tantum ritum externo facere videatur. 4. Ita  
quod certum est, quod rarissime Principes Imperij aut  
noviter electi Caesares disertis verbis confirmationem  
à Rom: Pontifice sibi petierint. 5. etiam hoc observa-  
ndum est, si qui forte tale quid fecerint, eo ipse non petere  
jura Imperij, multo minus illa Innocentio III. pro Ottone II.  
missa epistola meretur attendi, cum sit projecta à pacis  
admodum Principibus, in schismate et vehementissimo  
civili motu. Loro 6. id utiq; liquet, Pontificum Rom: verum  
et in Canonicum jus transierint, non habere vim aliquam

legis adversus imperij dignitatem et jura utpote cum in  
 propria causa jus dicendi nemini ferere fides habenda sit,  
 atq; tantumdem valeat Imperij Germanici contradictio, quantum  
 valet Rom: Pontificum assertio. Deniq; observandum est ex  
 ipso cap: venerab: cūprimis si integrum legatur, haud  
 difficulter apparere ab ipsomet Innocentio III. Papa, accu-  
 rati distingui Imperium veri Rom: à Regno Germanico,  
 atq; adeo hoc tantum urgeri ab illo, confirmatione opus esse  
 ad vere Imperatorium jus in reliquis sc: Veteris Imperij Germ:  
 consequendum: ac proinde prater fas, omnemq; hactenus rece-  
 ptum morem Johannem XXII. Papam, aliosq; pretendisse quasi  
 nec in Germ: et Italia quicquam juris electo sit Casari ante  
 Pontificiam coronationem, nec vero et Principes illi, qui  
 petierunt Ottonis IV. confirmationem, videntur aliud quid  
 voluisse voce illa confirmationis quam coronationem dū-  
 taxat, atq; adeo impropiam dictam coronationem. Meretur  
 cūprimis omni hoc argumento legi eximius tractatus, quem  
 de juribus Regni et Imperij Rom: Ludovico IV. Casare  
 conscripsit Leopoldus de Bebenburg, post episcopus Bam-  
 bergensis, praclarum tandem illud volumen, quod jussu Mari-  
 miliani Bavaria Ducis ante hosce 30. amplius annos pro

Ludovico Bavaro conscripsit Johannes Georgius  
Herwardus, et deniq; consiliū illud Ferdinando I. Im-  
peratorī datū a Georgio Sigismundo Seldo Imperij  
Vice-Cancellario, quod noster Auctor sectione hac comendat

§. 28. Atq; hæc quidem. Nihil hic legitur de ri-  
tibus in ipsa electione observandis, ut nec de coronati-  
one, quæ tamen omnino momenti sunt haud exigui. Itaq;  
fortassis haud absq; pretio opera fuerit, nonnulla de  
ijs addere. Et quidem quod ritus atinet electionis, quales  
quidem nunc observantur, vel potius debeant observari  
petendum est quam maxime ex ipsa Aucta Bulla Caroli  
IV. potius possint addi libelli varij, interq; eos maxime  
Georgij Sabini de electione et coronatione Caroli V.  
historia, quales in unum collegit Melchior Goldastus Soluti  
Imperialium part: 1. et 2. Et vero observatū dignū est  
in aliquot Electoribus proximis fuisse receptū, ut ipsi  
electores curaverint publicas fabulas confici per Nota-  
rios, quibus omnia, quæ in electione contigerint, narra-  
rentur, quemadmodū vero olim sese habuerint electiones  
illud ex antiquis monumentis, non nisi obscure dicere  
est, nisi quod nonnihil explicatius electionem Conradi II.

Wippo in illius vita, et Friderici I. l. 1. de rebus gestis  
Friderici Otto Frisingensis refert. Meretur vero cum primis  
laudari, quod hodie Electores et praescripto Aurea Bulla  
Carolina teneantur Sacramento promittere, sese electuros  
illum, qui Leip. videri possit maxime idoneus. Tale enim  
institutum convenit Leip. quod pro scopo habet communem  
utilitatem. Nec vero alio pro vinculo Electores ad optimum  
quemq. eligendum, quam iure iurando possint adstringi.  
Coronationem quod attinet, non fuit illa omnibus tempo-  
ribus vel ab iisdem, vel eodem in loco, vel iisdem ritibus  
semper peracta, et vero antiquissimis quidem Regum Fran-  
conum temporibus ante familiam Carolinam de Regum  
coronationibus paucissima leges in monumenta relatae.  
Si vero nummos veteres consulamus, dicendum videtur,  
Merovingicos Franconum Reges diademate proprie dicto,  
hoc est, fascia quadam, gemmis et unioibus ornata, caput  
cinxisse more Imperatorum veterum Romanorum post  
Constantinum M. recepto: coronis autem ad nostrum  
morem insignitos fuisse haud licet asserere. Non  
etiam videntur illi quidem Regem manibus Episcoporum  
seu consecrati, seu uncti, seu etiam diademate cincti.

Primus vero Pipinus a S. Bonifacio legitur et unctus  
et coronatus, et consecratus, more quantum videtur Romani  
Cesarum isthac aetate recepto, utpote cum S. Bonifacio  
haec omnia egerit tanquam Legatus Pontificis. Ex eo  
itaque in omni Regno Francorum novi illi coronationis ri-  
tus videntur coepisse. Quamquam vero hi ritus ex eo  
per omne Imperium Francorum recepti fuerint, atque ad  
nostra haec tempora derivati; attamen in ipso quoque hoc  
Imperio nostro Germ: circa illos ritus varietas quaedam  
contigit. Primo enim, postquam Regnum Francorum  
orientale, hoc est, Germanicum nostrum a Lotharingico  
et Francorum occidentali divisum est, propriam aliquam  
inaugurationem seu coronationem suorum Regum instituit  
fuit, quae se: propria sit quae Regno Germ: Si grande  
vero etiam Rom: Imperii dignitas, hoc est Imperium ipsum  
urbis Romae, legibus Romanicis obligit seorsim. Illi etiam  
Romae fuerunt coronati ad exemplum Caroli M. qui cum  
Imperatoria auctoritate fuit insignitus, simul etiam  
Romae seorsim a Rom: Pontifice coronatus fuit. Et vero  
haec quoque coronatio quae perpetuo iure data est Germ:

Regibus, ex quo Otto M. pacto quodam aferno cum Pon-  
tifici X. Romano populo invito urbis Romae Imperium  
regno Germanico adiunxit: Idem porro Otto M. postquam  
occupatum Regnum Italicum, expulso Perengano, coro-  
natus quog fuit Rex Italiae. Quod exemplum plurimis  
post seculis itidem sancte fuit observatum, ut nempe Re-  
ges Germ: initio quidem coronarentur Regni Germanici  
corona, deinde vero et Italicam, idq manu Archiepiscopi  
Mediolanensis, demum vero atq adeo tertia vice a Rom:  
Pontifice coronarentur in ipsa urbe Roma, coronam, quae  
propria est Caesarea. Testatur porro et Wippo in vita  
Conradi cum Regnum Burgundicum adiunctum esset  
Germanico, et occupatum a Conrado II. hunc a. 1033.  
filium eius Henricum III. biennio post corona regni  
Burgundici fuisse insignitus. Coeterum illa coronatio  
quidem non perinde in exemplum tracta est, utpote cum  
vix legas praeter Fridericum I. quinquam alium exem-  
plum hoc secutum. Et vero nescio, an satis credendum  
sit Christophoro Marcello, ceremonialis Romani lib: 1. Sect: 5.  
cap. de triplici Imperatoris corona, Carolum etiam IV.

in Burgundia seorsim coronatum fuisse. Et si porro  
triplex illa coronatio aliquot seculis peruenit familiaris,  
attamen haud pauci, cum primis inter regnum illud magnum  
et Friderici II. tempora electorum Casanum nec Corona  
Italica nec Rom: fuerint inaugurati, omnes tamen Corona  
Germ: insigniti sunt. Germanica inquam, nec enim admo-  
dum improprie nostra haec hodie Casarea corona appella-  
tur a vulgo, contra certe morem olim receptum, quo in-  
uenerat, ut corona isthac corona Regni Alemannici aut  
Regni Teutonici appellaretur. Et vero ipsa haec corona no-  
stra videtur illa esse, quae fuit in usum Regibus Germanicis  
antiquam Otto M. Romani Imperii Titulum, regnum et  
dignitatem regno Germ: adiunxit, et quidem videtur esse  
illa, quam Conradus I. confici et Henrico II. offerri fecit,  
non autem illa, quam Carolus M. fuit coronatus, etsi hodie  
et quidem iam penè a 300. annis passim omnibus sit per-  
brasum, quam opinionem tamen facile confutarent ipsius  
Conradi nomen, quod in Corona ista nostra inuenitur.  
Qua de re possunt non nulla legi cum in assertionem Iuris  
Moguntini in coronandis Regibus Rom: p. 6. edit. Helmst.

et in castigatione libelli, cui titulus, Anti-Conringiana  
defensio pag. 6. §. 6. quæst. 1. Porro hodiè quidem, imò  
però iam aliquandiu non nisi sola Germanica corona  
tequim nostrorum capita insigniuit. Nec verò Maximili-  
anus I. vel quisquam post Carolum V. alia corona ornato  
uit. Ipse etiam Carolus V. nec Italici Regni coronam,  
Modatiæ vel Ticini, vel Mediolani more solito, nec Cæsa-  
reæ Coronæ Romæ imponi sibi fecit, sed utraq; corona  
Bononiæ insignitus fuit, idq; partim ut verentur iunctis  
binas coronationes faciendi, partim quoniam Romæ ob  
expilationes urbis illius, recensq; epus suum damnum com-  
modè coronatio institui non potuit; et verò parum refert  
coronatus sit Imperator noster Romæ aut Modatiæ, nec  
ne, cum etiam non coronatus tantundem possit, ipsa  
verò coronatio utraq; maxime impensis magno discri-  
mine petenda sit. Huic sane fini introductus est usus  
illius tributi tantum Fridrico III. Cæsare, quod vulgò  
Römerzug appellatur, cum olim ipsi Principes uni-  
uersi Imperij cum delecta militum manu cogerentur  
eligendum Imperatorem in Italiam comitari, sub penâ



amittendi feud: Imperialis. Qui mos videtur sane saltem  
ab Ottomio M. temporibus fuisse in usu, nec enim temere quis  
admisit illud, quod nomine Caroli Crasfi curante Rittershu  
sio editum est diploma, et si non dubitaverit Marquardus  
Freherus insigni illud commentario illustrare. Secundo ri  
tus quidem Coronationis Romae, qualis proximis hisce tem  
poribus fuerint in usu, possunt peti ex ceremoniali Romae  
cum eo, quod auctoritate pontificia Romae prodit, sicut  
altero illo a Christophoro Marcello diligenter itidem  
conscripso. Mediolanensis coronationis ritus minus quidem  
videntur in certum ordinem redacti, possunt tamen haud  
difficiliter peti ex monumentis antiquis. Non est tamen  
quare hodie quidem alterutri ritus vel utriusque ritus nos  
multum sollicitent, cum utriusque coronatio per se iam  
defuerit. Itaque potius attendendum fuerit ad Coronationem  
Germaniae omnia, utpote quae sola hodie locum dignum  
invenit. Tertio, quod coronationem illam Germ: aliter  
certum est, ut ex monumentis facile constat, ante secul: 2  
locum coronationi dicatum admodum fuisse diversum.  
Et vero postquam post tempora Ludovici Rj Germaniam

67  
et orientale Francorum Regnum à reliquis Imperij Carolini  
fuit divisum, haud difficulter observare est, alios Francofurti  
alios Moguntiae, alios alibi coronatos esse, Coeterum cum Otto  
I. coronari se fecisset Aquisgranum, hoc exemplum pleriq; Germ:  
Imperatorum secuti sunt, nisi quod pauci Moguntiae alibiq; se  
coronari fecerint. Fridrico vero I. Caesare ab Aquisgranensibus  
reducta aliqua Caroli M. nomine fictitia Bulla decorandis  
legibus Rom: in urbe Aquisgranensi. Tum quidem illud credi  
ex etiam sanctorum certum et propemodum infallibile exemplum  
haberi atq; usum recipi coepit. Quo factum ut aliquot seculis  
usquam alibi, quam Aquisgranum nostra coronatio regia  
fuit instituta, obtentum se: Caroli M. donec demum Maximi-  
ilianus II. omnesq; eius successores non Aquisgranum diutius  
sed nec in Diocesi Coloniensi sint coronati, sed alibi Franco-  
furti aut Ratisbona, nec vero etiam hodie tenere quis  
suevit, licet rite Leges Germ: seu Germanorum, quos appel-  
lant coronari extra Aquisgranum si Leip. necessitas eriget.  
Primo coronationem illam aut consecrationem regiam Germ:  
non semper iidem peregerint. Indubie enim quidem, quandiu  
Regnum Saxoniarum à Germanico divisum fuit, solus  
Coloniensis coronationem illam instituit, utpote qui illa aetate

cum nemini alij in antiquis monumentis id adscribatur, nec  
saltem Coloniensi potuerit convenire, utpote qui illa etate  
non Germanici, sed Lotharingi regni membrum fuerit. Post  
quam Regnum Lothar: Germ: fuit junctum, in ipsa Aquisgra  
nensi urbe 3. Ottones, ut Moguntia Henricum IX. et Con  
radum II. idem Archiepiscopi Moguntini coronaverunt.  
Henricus vero III. primus omnium ab Archiepiscopo Coloniensi  
Aquisgrani fuit coronatus. Cum vero idem Coloniensis et  
Henricum consecrare instituerat, vehementer quidem is, qui tum  
temporis Moguntia sedit, Rudolphus Archiepiscopus sese  
opposuit, prevaluit tamen Coloniensis Imperatoris Henrici III.  
benevolentia accedente iure Diocesios, utpote in qua Aquisgra  
num sit collocatum, ex eo tempore tamen non omnes electi  
Imperatores nostri, cum primis ex quo perspatum fuit Frideric  
o ex instituto Caroli M. coronationes regias Germanicas  
quam rite quam Aquisgrani, atq; adeo in Diocesi Coloniensi  
posse peragi, in illa Aquisgranensium urbe fuerunt coronati.  
Superiori tamen seculo cum Maximilianus II. iam electus esset  
coronandus, et qui tum temporis Coloniensi Archiepiscopatu  
presidebat, propterea quod insulis Episcopalibus destitueretur  
midon

idoneus esset consecrationi peragendae, prebita occasio fuit  
 Moguntino Archiepiscopo consecrationem instituendi Franco-  
 furti extra diocesis Coloniensem. Maximilianus porro illius  
 exemplo Ludolphus proq. Matthias et Ferdinandus II. III. IV.  
 a solo Moguntino fuerunt consecrati. Caruit haec res et  
 omni contentione, nisi quod coronationis externa tempore Epi-  
 scopi Coloniensi eo obtentu, quod sibi simpliciter ubicumq.  
 etiam locorum institueretur, coronatio competat ius consecrandi  
 Moguntino latishona, atq. adeo extra Diocesim Coloniensem  
 non autem intra illam Diocesim. At Moguntinus quidem  
 quam maxime eo nititur, quod sit Primus omnium Archiepisco-  
 porum Germ: et ab initio usq. Imperij exercuerit omnes coro-  
 nationes extra Diocesim Coloniensem institutas. Pro Coloni-  
 ensi vero quam maxime speciosum illud est, quod legitur in  
 Aurea Bulla Caroli IV. Indefinite dictum Coloniensi com-  
 petere ius coronandi. Est autem hodieq. lis illa sub iudice  
 Cesare, de qua interim legi merentur, qui pro utraq. parte  
 libelli in lucem prodierunt. Praeterea vero hoc proq. non in-  
 dignum est observatione, coronam ipsam Germanicam nostram  
 ante ab aliquot seculis fuisse in possessione, ipsorum et Regum  
 et Imperatorum nostrorum, atq. ita unam eandemq. coronam

per manus succedentium sibi Regum quasi fuisse tradi-  
tam: à primo autem Sigismundo Casare occasione mo-  
tuum Bohemicorum seu Hussiticorum Nonnberga fuisse  
depositam, ibiq; etiamnum hodie in usum Imperij adseruari  
Postremo ritus ipsi quoad coronationis videntur per tempora  
mutasse, quarequã difficile dictum sit in defectu monumentorum  
antiquorum, quinam ritus semper observati fuerint. Et verò  
quos habemus descriptos ritus inaugurati Wilhelmi Hollandi  
Sect: 3. apud Johannem Beem in Chronico Ultrajectino et  
alias multum profecto à moribus nostris disident, quin imò  
dixeris haud iniuria fortassis secundo demum tempore solem-  
nia missa Sacra perpetua quasi lege coepisse coronationi  
adiungi, ceu iam fuit in asfert: Mogunt: juris à me est  
monitum.

### AD CAPUT III.

§. 1. Proceres autem etc: Hodie ut iam ante 100. annos  
præterpropter ab Imperatoribus nostris in Principum ordi-  
nem allekti, verum etiam Imperij Principum nomine haud  
pauci sunt exornati, qui tamen in Rep. Imperij Germ: nul-  
lum suffragij jus habent. Et verò unus Ferdinandus  
iam fuit anno huius seculi crearetur Princeps 22.

Comites plus quam 60. Barones ultra 120. post illos  
excrevit horum omnium numerus quam maxime. Eoq; ex titulo  
quidem illo Imperij Principum nequaquam colligendum est illum  
qui isthoc titulo sese jactat, participem esse Comitionum Imperij.  
Qua de re jam fura non nulla diximus An: 12. lib. de Civ.  
Imperij Germ: Interim vero certum est, id quod Autor  
prudenter affirmat, illum demum veri esse amicum  
statibus Imperij, quicumq; jus habet suffragij fe  
rendi in Imperij comitijs. Quod ipsum conveniens est illi  
Aristotelis doctrinae, qua traditur lib: 3. Polit: illum demum  
verum esse civem, qui in conventu populi jus habet suffragij,  
atq; adeo facultatem regenda Leip. participat.

Singulorum territorium etc: Per territoria intelligenda  
sunt illa, qua immediate subiecta sunt Imperatori tanquam  
Imperij capiti. Alias enim nulli sunt comites et territoria  
sua Domini, multi etiam proximi Caesarem agnoscunt  
superiorem, nec tamen sunt in numero Ordinum Imperij, quin  
quidem territoria, quibus praesunt non proxime atq; immedi  
te Caesarem, tanquam caput agnoscunt superiorem, et si  
vero hodie nemo inter Imperij ordines computetur, nisi qui  
alicuius eiusmodi territorij sit Dominus, olim tamen etiam  
pendebat ingenium ex populo ad comitia Germ: gentium

perlinuisse, idē etiam in Rep. Franconū fuisse obser-  
vatum. Donec tandem ad Principes penē solos comitionū  
comitionū auctoritas devenit, prolixē ostensū est in Dis-  
de Civibus Imperij Germ: q̄ d. 15. ad 39. quae repetere  
hōc locū fuerit supervacaneū. Observandum porro  
est, hodiē nobilitatem Franconicam et Srevicam habere  
sua territoria immediate Casari subiecta, nec tamen in  
comitijs Imperij locū reperire, ac proinde nec status  
Imperij dignitate potiri. Laborant tamen illi vehementer  
hodie, ut in numerū Statuū recipiantur; nec verō ratio-  
nes vel pauci vel exigui momenti pro illis militant, cui  
videre est in libro illo anonimo Von des Grafs von  
Haud und Srevion. Certē quare urbes, quae quondam pri-  
us fuerē Ducatus Srevici post extinctam ducalem digni-  
tatem, non tantum in consortiū liberarum Imperij  
bium, sed et Imperij Statuū sint receptae, eodem iure  
dixeris haud immerito, etiam nobiles illos in eundem  
numerū recipi debere. Demū notari et hoc meretur  
non obstare isti ab Auctore allatae definitioni dignitatem  
bium Imperialium, quae appellantur. Esi enim Andreas

70  
Knicgijus conatus fuit perfradere singulari quodam libello  
urbibus illis non competere ius territoriale, ab omnibus tamen  
vel certe plerisque prudentioribus nova atque absurda sententia  
rejecta est.

§. 7. Allegantes Imperatorie: Solius Imperatoris alle-  
gantis aliquem in consortium Statuum, factum et consensum  
ad probandum ius Statuum non sufficit, quoniam interdum  
in Casarea aula non nulli allegantur in illud consortium,  
dissidentibus tamen ab omnibus ordinibus aut eorum non  
nullis, eorum cum ius illud sub iudice et consensu illa Ca-  
esarianus non probet argumentum certum accipitis iuris  
eius notum est, vel ex sola causa urbis Bremensis et Archi-  
episcopi quondam, nunc vero Bremensis Ducatus. Similiter  
non ex lato semel atque iterum suffragio nemine nondum im-  
probante satis cum primis aut longa quadam ferendi suffragii  
consuetudine.

§. 2. Adeo ut ex matricula etc: Bene Gailius monuit  
ex inscriptione nominis in matriculam praesumi posse de iure  
Statuum illi competente. Nec enim certum argumentum  
peti hinc potest. Et vero condi ceperunt matricula quantum



quidem ex monumentis Imperij colligere est, primum quidem  
Sigismundo Imperatore sec: 15. Tantum abest vero iam  
tum temporis constitutam esse certam aliquam et omni con-  
troverfia carentem, ut in omnibus pene post annum 1431.  
Imperij Comitibus usq: ad 71. sec: 16. nova quaedam matricu-  
cula sit confecta. Ut proinde quidem ille omnes matricu-  
la rerum, nullum documentum prebeant juris status. Imo  
vero nec matricula illa ultima in Comitibus Wormatiensibus  
año 1521. digesta, etsi credatur optima omnium et in recessu Im-  
perij año 76. pro alijs commendata sit et observari iussa, addi-  
ta tamen et tum clausule multe et conditiones sunt au-  
toritati et fidei illius multum detrahentes. Ubi apparet  
ex d. *Ubi aig: 3<sup>o</sup> Gaudisfurt.* Eod. Matricula illius inces-  
sitate, luculenter proq: apparet ex actis comitionum Ratisbo-  
nensium año 1603. imo vero in Instrumento Pacis nuperimo  
cautum est, ut in Comitibus Imperij proximis agatur de reno-  
vanda matricula et reducendis Statibus exentis. Ut adeo  
ne quidem matricula ulla Statuum Imperij omni ex parte  
controverfia reperiat. Quod quanto sit cum damno Reip-  
publice conjunctum nemini non facile est manifestum. Hic obiter non  
possumus non monere illam, qua circumfertur Imperij Ordinum

71  
veterem per quaterniones divisionem videre potius inane com-  
mentum otiosorum hominum et pictorum, quam illam fidem  
mereri, similiter fabulam illam ordinum, quam Melchior Goldastus  
Tomo unico Constit. Imper: p. 24. refert, et ex illo repetit Cúmeo  
lib: 1. c: 7. n: 48. Ordinum Imperij Catalogum, itidem nullus est  
fidei. Quia imò nec fide digniorem esse multo Catalogum or-  
dinum à Laurmeistero recensitum libr: 2. de Jurisdictione c: 1.  
n: 17. de quibus omnibus plenius disseruimus alibi Disp. de  
Civ: Imp. Germ: á l. 40. usq. 50.

S. 2. Cogit quod aliquod argumentum etc: recte Autor  
monet, aliquid duntaxat argumenti peti hinc posse, utpote  
suum nec id statim certum et indubitatum testimonium præ-  
beat. Et vero non semel universa Anseatica societas tribu-  
um in ararium Imperij detulit, solent quoque idem facere  
Equites Svecica Franconia etc: et Ahenana provincia liberi,  
nec fovei vel Equites illi, vel urbes Anseatica omnes reapse  
potiuntur dignitate Imperij. Quod ipsum iam tum iudica-  
vimus Disp. de Civ: Imp. Germ:

S. 3. Ita libellum formare solet. Argumenta illa valent  
aliquid conjunctim fieri, non autem seorsim, nisi quod 4.  
separatim etiam locatum, plurimum valeat, si sermo sit

de sessione et voto in Comitibus longo tempore obtento, et circa  
ca omniem controversiam.

S. 4. Ex dictionibus non proficit: Antiquum Statum  
Lenorp. Germ: atq; adeo Imperij Germ: si videamus, depre-  
hendere quidem est, olim ipsi etiam, qui nullo sublimis  
territorij iure gaudebant, ius fuisse comitionum. Hodie vero  
si accuratè omnia perpendamus, ius illud suffragij ferend-  
videtur proximè atq; immediatè annexum alicui territorio.  
Et verò rectè observavit Autor, usq; adeo hodie videri  
illam territorio annexam, ut pro ratione diversarum ditio-  
num, unè eidemq; competat suffragandi facultas multiplex.  
Quod tamen non est satis consentaneum ipsi, quæ mox dicitur  
nt Autor de Regia Principum auctoritate in suffragijs  
illis comitialibus collocata. Observandum autem est hæceno-  
quidem, nondum omnia esse expedita. De multitudine suff-  
ragiorum facienda pro numero ditionum quibus impe-  
rat, offi in nuperrimis Comitibus Ratisbonensibus multum sit  
in ea re multis indultum, contra morem hæcenus receptum.

S. 5. A sessione hæc s. usq; ad 21. agitatur Autor  
illam Questionem: An Principibus Imperij Germ: com-  
petat aliqua regia iurisdictio seu potestas, quæ in re illa

confidat? Existimat vero omnino competere Principibus  
talem aliquam potestatem, eamq̄ collocari in liberam suffragandi  
in Comitibus publicis auctoritatem. Ut res tota fiat manifesta  
ante omnia monendum est, vocabulo regie jurisdictionis signi-  
ficari potestatem summam independentem, id quod ipse Auctor  
fatetur §. 6. illis verbis: Regia Jurisdictio est majestatica  
cui prima potestas administranda leip. et contra qua granta  
est. Aliunde dependet tota, nomine quidem regia appelletur  
et re ipsa eam jure Magistratus tantum convenire contendo.  
Similiter §. 8. cum observasset a Laurmeistero propositam su-  
premam Principum jurisdictionem simpliciter dependere: Colli-  
git Laurmeisterum majoritatem Principum sustulisse, passimq̄  
idem in omnibus scribis th. istis profiteretur; non solum vero  
tantum ad regiam potestatem requiritur illa independentia,  
verum non necessum est, ut illa potestas sit penes unum  
alioquin enim in Aristocratijs, Democratijs, Oligarchijs, si-  
milibusq̄ alijs rebusp. omnes illi, qui sunt participes summe  
potestatis, Leges dicendi essent, aut regia potestate gau-  
dere, quod est contra usum receptum, atq̄ adeo plane  
absurdum. Hinc vero patet, etsi fortassis Principibus com-  
petent aliquid independentis juri suffragiorum, non tamen

iūs illud posse merè regiū appellari, utpote cū non utique  
iū alicui, sed plurimū tale quid conveniat more in Aristocrati  
recepto, eōq̄ verō eque, an quisq̄ præter auctoritatem  
natiū liberam independentem suffragandi potestatem iura  
regia Principibus adscripsent. Certè hæc quidem A. sententia  
videtur planè nec ferri admittenda. Non probavit porro Auctor  
illo solito argumento illam suffragandi potestatem Principi-  
bus independenter competere, quod tamen indiget utiq̄ quā  
maximè firmā quādam probatione; et verò cū certū  
utiq̄ est suffragandi facultatem et iura competere Principi-  
bus propterea, quod sint variarū ditionū territoriorū  
Domini, talia autem dominia possidere illos non simplici-  
ter iure proprio sed beneficiario, quod nimirū sicut à Ce-  
sare auctoritate Imperij constituti, docet Principes Comites  
vel Episcopi et Abbates. Et quidem tametsi iūs illud suffra-  
gandi amicum proximè sit ipsi ditionibus, atq̄ adeo iure  
illo gaudeant Principes tanquam capita ditionū, tametsi  
immediatè atq̄ independenter iūs illud sit pene ditiones  
Principū, tamen dissimilis ratio, quippe qui, quod sint capi-  
ta ditionū, non independenter habeant, sed Cæsarem atq̄  
Imperij beneficio. Longè rectius itaq̄ summa gradam

regia potestas Principum quaerenda fuerit in illis iuribus  
 regalibus, quae domi quisq[ue] sua circa bellum et pacem fe-  
 rendas leges, foedera tributorum indictionem, ac demum  
 constitutione magistratum. Hac enim, qui unus tenet et  
 independenter, is demum regia potestate fruatur, at vero  
 isthaec omnia plerumq[ue] Principes ne quidem dependenter habent,  
 utpote Principes omnes aut certe plerumq[ue] obnoxii sunt  
 iurisdictioni superiori, nec plenam horum quidem omnium  
 potestatem principalem esse apud Principes beneficiario tan-  
 tum iure; hoc vero proinde est, ac si dicas, dependenter,  
 si dependenter, utiq[ue] non voce regio iure Principes nostri  
 fruuntur. Quoniam tamen saltem plerumq[ue] summa potestatis  
 in Rep. munia fas est Principibus exercere, illudq[ue] benefici-  
 orum vinculum, quo Caesari sunt adstricti, perquam est reapse  
 quidem exiguum, quippe cum hereditario iure, atq[ue] adeo si  
 paucos excipias, prope modum plene ditionibus suis praesint,  
 iactenus verum est omnes Principes in ditionibus suis  
 prope modum regia potestate uti, atq[ue] adeo Germanicos Prin-  
 cipatus, etsi non omnino ex parte tamen, atq[ue] adeo imper-  
 ecta quaedam regna esse.

§. 6. Vel formalis cē: Vix illa formalis obscurat  
negotium, nec solet in eā quidem significatione temere ac-  
cipi ab alijs Scholasticæ Philosophiæ addictis, quos tamen  
nult videri Auctor noster festari. Clarius est et verius,  
omnem potestatem regenda Reip. dependentem esse vel  
independentem.

§. 7. Quod Kimchiū vir cē: Non Venichij tantum  
sed multorum et aliorum Doctorum Italicorum, imprimis  
dudum hæc vox fuit: non admittenda tamen, nisi eo sensu  
quod Cesari seu Capiti Reip. competat summa potestas  
regenda Reip. verè regia, Principibus autem in suis terri-  
torijs ead. quodammodo competat dependenter, tamen et quasi  
vicario jure, revera autem respererunt illi, qui initio ita  
locuti sunt antiquam Rom: Cesarum potestatem, creden-  
tes eodem jure et nostris Regibus convenire. Quæ in re  
tantum, quantum sint falsi, alia ostendimus.

§. 8. Laurmeisteri sententiâ verisima est, nec tamen  
Principibus nostris competat nulla aliâ potestas, quam illa  
quæ competijt olim Magistratibus in Imperio Rom: Veteri:  
olim enim omnes Magistratus ad nuntium Cesarum mutari  
potuerunt, hodie verò Principibus nostris competit potestas

hereditaria, prae mutari non potest, nisi iniqui aliqua  
causa culpa. Non erit etiam Praeceptoris Principes ali  
qua potestate, quam nec Caesari quidem illis potest pro ar  
bitrio adimere, nec enim quod proficitur Principibus com  
petere potestatem dependentes quidem, quam illis iurium eripit,  
ut eo ipso assonit, licet Caesari pro arbitrio eripere,  
ut pote cum non esse quod dependet a Caesare, a merito ipsius  
arbitrio et iurium dependeat.

74  
§. 10. Reddendi iuris. Reddendi iuris potestatem pro  
ut esse Caesaris, proxime quidem et per se neutiquam  
referendum est, uti latius disputabitur ad caput 6.

§. 13. Summa Caesaris reddendi. Eadem hac de re  
referendum fuit ad c. 16. §. 14. Bene quidem Auctor dispu  
at, illa quae soli Caesari competunt, non pertinere ad iura  
Principum, minus bene vero hinc colligit, illa quae ex parte  
Principum seu Principibus Imperii cum Caesare communia  
sunt, cuiusmodi est ius constituendi aliquid de summis  
eius negotiis in Comitibus, Principibus competere indepen  
enter et regie.

§. Sed quis independenter etc. Falsum id esse, iam  
supra evicimus illo argumento, quod Principibus non



competat suffragij ius, nisi in quantum sunt Principes aut  
sunt dependentes, atq; adeo neutiquam iure vere regio.

§. 18. Votum numero. Nihil magis alienum à regia  
potestate summa, quam posse aliorum sententijs superare et  
quasi tolli: eog; vel hinc apparet, ea, quæ ab hinc dissonant  
sunt, de regia Principum potestate, à vero plurimum  
disfidere.

§. 20. In suis ditionibus. Quæ statuta sunt in comi-  
tijs, illa utique in singulis territorijs non libera amplius  
potestate exercentur, sed vi legis coactiva. Alioquin enim  
dicendum esset pari ratione, in omni Democrazia, Aristocrazia  
Oligarchia, singulos quæ ab universis statuta sunt in-  
dependenti et libera potestate gubernare, quo nihil est  
absurdius dictum.

§. 21. Si quæ civitates. Fieri potest, et docet exper-  
ientia taler aliquas urbes, modo fuerint potentes, non  
minus regie res suas domi gubernare, quam illos, qui ius  
habent suffragij in comitijs Imperij. Et vero non magis  
quidam illarum tenentur constitutionibus comitionum  
quam ipsi illi, qui Comitijs interfuerint.

## AD CAPUT IV.

de  
ELECTORIBUS.

75

§. 1. et 2. Circa institutionem Electorum Imperij occurrunt duae nobiles Quaestiones, altera: cuius auctoritate quoniam institutum Electorale Collegium, atque adeo auctoritas eligendi Caesarem ad Principes Septemviri delata? Altera; quo tempore illa potestas eligendi ad 7. illos Principes devenit. Quae prima quidem Quaestio eo magis hodie est momenti, quod iam Innocentius X. Papa nuperrime non dubitavit Leges sacris publicae Conabruqis iuris, hoc quoque nomine impugnare, nisi non fuerit fas & Electorum addere sine Pontificis auctoritate. Verba Papae sunt: numerus VII. Electorum Imperij sine auctoritate Apostolica praefinitus sine nostro et sedis sacrosanctae beneplacito augetur et Octavus Electoratus in favorem Caroli Ludovici Comitis Palatini Rhemi haeretici instituitur. Posterior Quaestio minoris quidem non ponderis, dignum tamen omnino scitum est, quemadmodum electio Imperatorum per se habuerit, quo iure ad solos VII. Principes tanta potestas pervenerit, certe ad intelligenda antiqua monumenta est hoc plurimum. Quod primam vero altinet Quaestionem, in reperire est nullum antiquum monumentum, quod quidem

antiquius sit seculo 13. quo Pontificis auctoritate institutos  
esse Septemvros Electores, proditum sit. Omnium primo legere  
est in cap. venerabilem X. de Elect. et Electorum potestate  
ab Innocentio III. pronunciatum jus eligendi Caesarem ad  
Germanos pervenisse auctoritate Romanae sedis, in illo  
tamen capitulo distictis quidem verbis, imò ne obscuris  
quidem de Electoribus VII. sermo est. Et si juris Canonici  
Doctores, imò et ipse Simon Schardius libro de institutione  
Electorum eo sensu capitulum illud fuerint interpretatus.  
Et verò simpliciter Innocentius et Germanus in persona  
Caroli M. Caesarem dignitatem delatam affirmat, agit quod  
de electione Ottonis IV. quem à Septemvris electum non  
esse, sed ab alijs Principibus, Baronibus, alijsq. renum anti-  
quarum peritiores ultro fatentur. Post Innocentium quoniam  
Bulla illa inter Decretales à Gregorio IX. Papa recepta est  
ubi invaluerunt Decretales illae novae, simulq. eodem tempore  
Septemvrorum auctoritas invaluisset, parum sane capitum  
à Pontificia auctoritate esse Electoriam potestatem, hac oc-  
casionem enim tantum non pleriq. in illam sententiam abrepi-  
sunt: et quidem iurg. adeo, ut jam tum illo 13. seculo iphi  
met Electores non dubitarent potestatem eligendi Ca-  
saris

fane ex praescripto quasi illo Innocentij III. Pontificia  
medi acceptam referre. Simul vero persuasum quod fuit  
fuit Ottone III. imperante a Gregorio V. Papa septenni-  
talem Electoratam originem suam accepisse. Neq. vero etiam  
historiconum Germania seculi temporis quisquam hoc vel  
in dubium vocavit, donec primus Joham. Aventinus do-  
cere ausus fuit, omne illud septenniale Institutum seculo  
demum 13. capisse, et quidem jam finito longo illo interregno  
primus ad eo Ludolphum a Septennis esse electionem, quod  
fortassis ita esset Institutum in concilio Lugdunensi  
II. post Aventinum vero non dubitavit quod Onuphrius  
Lamvinius lib. de Con. Imp. omnem originalem Septenni-  
ralis Electoratus in 13. seculum referre, et quidem auctoritate  
Gregorij IX. Pontificis. Imo vero ipse Cardinalis Baronius  
non dubitavit receptissimam illam de Gregorio V. Papa senten-  
tiam prolixo refellere, origine septennialis Electoratus  
relata itidem inferi XIII. auctorem Innocentium IV. Papam.  
Ex eo tempore nonnulli tamen nihilominus veterem illam  
sententiam tutari aggressi sunt, inter quos sane fuit Bellar-  
minus lib. 3. de transit. Imp. Rom. quem auctor noster tan-  
quam primum defensorem eius opinionis adducit, ille tamen

retractavit. hanc suam opinionem in recognitione libro  
suorum Baronij sententia accedens: at vero singulari  
libello adstruere illam conatus est Simon Scharidus contra  
Onuphium et cum primis libro de Septemviratu Christopho  
ro Gewoldo, ut alios nunc faciam, qui obiter disputando  
idem adstruxerunt. Etsi vero in corpus Canonicum  
receptum, et jam per IV. amplius secula a perquam multo  
creditum Rom: Pontificia sedi debent Septemviralis electio  
nis institutionem, omni tamen illa sententia caret certo  
fundamento. Primum enim utiq; a Gregorio quidem V.  
Papa institutum illud non est profectum, utpote cum  
ralis electionis ante Sec: 13. nulla omnino vel levissima  
reperiatur memoria: quod nunc quidem sufficit probare ipse  
usmet Cardinalis Baronij et Onuphij Ranvini. quorum uterq;  
et curia Rom: addictissimus, et antiquitatem eiusmodi per  
fissimus fuit, testimonio. Fatetur porro ipse Onuphij  
atq; Arentinus non nisi per conjecturam sese hoc institutum  
in Auctorem Gregorium Papam referre, nullam vero Bullam  
papalem, nullum item monumentum illius aevi sibi visum  
pro Pontifici illi institutum hoc fuisse adscriptum. Accedit  
dit. quod liquido constat, uti post apparebit, iam ante Gregorium

Septemvros Principes fuisse institutos, atq; ab ijs cum alios  
tum Hermannum Landgravium, tum Wilhelmum Hollan-  
dum in Caesares electos fuisse. Similiter et Baronio  
ultro fatetur, ibid. sibi non Bullam Pontificis, o monu-  
mentum aliquod primum lectum, pro Innocentio IV. Pa-  
pa institutum hoc adscriptum fuerit. Existimat Baronius  
proppideni ab Innocentio IV. Papa in consilio Lugdunensi ita  
esse institutum, nihil tamen habet, id quo potuerit probare,  
praeterquam non nulla ex Chronico Matthaei Parisiensis, Scripto-  
ris Anglici desumpta. At vero etsi Matthaeus ille Paris isthac  
aetate vixerit, tamen concilij illius fuerit peritissimus,  
proinde ipsius testimonio tuto liceat fidere; attamen et in  
Chronico illo notantur in Concilio Lugdunensi vel Pontifi-  
cis auctoritate, vel etiam tum temporis ad singulares aliquos  
Principes eligendi ius pervenisse. 2. In narratione ista  
ex Chronico isto solet produci, multa habentur inepta,  
et a moribus Germ: plane aliena, nec enim eligendi ius  
imperii Septemvris Imperij adscribitur, sed Principibus qui-  
dam, quos praeter alios eligendi iure unquam prevaluisse,  
nullo vel levissimo testimonio ostendi potest. V. vel leviter  
attendentibus illa Chronici apparet, non esse illa Matthaei,

sed ab aliena manu irreptisse, ut pote cum neg cum ipsi  
quæ antecedunt, neg sequitur connexa sunt; sed et is  
qui curavit editionem nuperam Parisiensem, inter variantes  
lectiones annotat, totum illud, quod in Landis historia  
de Electoribus habetur in manuscriptis codicibus non in  
margini adscriptam, adeoque ad Landis historiam non  
pertinere. Idem porro colligere est, quæ ad annum 1554  
p. 633 edit: Parisiensis de Electoribus dissonat a prio-  
ribus illis longe diversissima. VI. Fafetur ipse Baronius la-  
tere se se, quis tandem cum in Chronico habeatur inter  
laicos Principes eligendi ius esse penes Austria, Bavaria  
et Brabantia Duces, inter Episcopos vero penes Salisburgen-  
sem, quoniam tandem in Trevirosem, Palatinum, Branden-  
burgensem et Bohemum ius illud retulerit, suspicatus tantum  
Principes Germ: ita postulare, atq ab Innocentio IV. vel Alexan-  
dro confirmatum esse, ex quibus utiq apparet, Baronij  
quod illam sententiam non nisi inanibus conjecturis niti  
ac proinde merito non posse illam admitti. Cum itaq ipsi  
Pontificia cause Latroni non possint aliquem producere Lan-  
tificem, cui certis quidem testimonijs queat, quæ attribui  
Septemvironum institutio palam est nullo iure Pontificis Romæ

illud institutum posse sedi Pontificiae attribuere. Nec vero  
 isertio illa Innocentij III. quicquam valet, ut pote cum in  
 propria causa Pontificis ostentationibus non sit utiq; fiden-  
 tium. Imò vero Innocentius ille de Septemvirali Collegio  
 non fuit locutus, sed de eo tantum jure Germ: legi,  
 quo competit illi Imperium in urbem Romam, adeoq;  
 dignitas Imperatoria, quod ille in Persona Caroli M.  
 credidit Germania collocatum, perperam tamen cum in  
 Ottone demum M. jùs illud Germ: accepit. Similiter non  
 est, quod opponantur nobis verba quorundam Principum;  
 pro errore enim factum est, et quidem culpa Rom: Pon-  
 tificum, ut ipsis perfractum fuerit acceptum referri debere  
 Rom: Pontificibus, quod tamen neutiquam ab illis profectum erat.  
 Cæterum pervidetur verisimile, potestatem illam electoriam,  
 quæ antehac omnibus Principibus fuerat communis, re-  
 strictam fuisse ad VII. illos singularem quodam consilio  
 ipsorum et Imperij Principum. Nec vero per vim potuisset  
 removere quis eripere ipsis hanc communem omnium potestatem,  
 nec legitur tamen illos cum Septemviris unquam postea  
 ostendisse, ac proinde videntur utiq; non potuisse non insti-  
 tutum illud novum singularem quodam ipsorummet Principum



consensu cepisse. Idem confirmatur haud leuiter Alberti  
Hadensis verbis, qui illa ipsa vixit aetate. Diserte  
enim de Septempvris verba faciens, scribit: ex praeser-  
tatione et consensu Principum eliguntur hic etc: Quam-  
vis enim verba illa videantur non nihil obscuriora  
et diverso sensu posse accipi, ipse tamen Baroni-  
us ita interpretatur quod Principum Imperii consilio et sta-  
tuto septem illi Principes eligendi facultatem acceperint.  
Accessisse deinde et Pontificum Romae aliquam approbati-  
onem, non equidem negaverim, respiciens mores illorum  
temporum. Et verò Engelhusius in Chronico quodam M.S.  
quod penes me est, ita loquitur de Innocentio IV. ipse  
contra Fridericum Imperatorem adornavit, eligi Hein-  
ricum VII. (quod tamen in re fuit falsum) et eo mortuo,  
Wilhelmum, et ut sic fieret, Alemannis confirmavit in  
perpetuum eligendi auctoritatem Imperatorem in concilio  
Lugdunensi: Nec tamen est, quod Engelhusij illo festina-  
tione multum moveantur, utpote cum viderent demum se-  
culo 15. nec festem afferat, qui seculo 13. rem istam

commemorant. Altera Avestio facilius iam etiam ex iis  
quae allata in medium sunt, potest desimiri iam tum  
scilicet constat ab Ottone III. et Gregorio V. Papa septem  
viralem electionem institutum non esse. Clarissimum  
etiam fecit Omiphrius c. 6. neminem omnino Impera-  
torum Regumque Germania nec FridERICI quidem II. ex-  
cepto a solis Septemviris renunciatos atque electos esse.  
Ubi sane adeo ab illo liquidum id additum est, ut ipse  
etiam Cardinalis Bellarminus tandem confiteri,  
nec vero vel ipse Christophorus Gewoldus producere  
quonquam potuit testem fide dignum, quia a solis Septem-  
viris quonquam illorum Germania Regem electum esse  
asseruerit. Omnes certe quos producit, vivere post tem-  
pora FridERICI II. Si excipias duos manuscriptorum li-  
brorum Auctores, quos tamen nemo prudens admisit, ut  
potest, quia nemini quonquam alio sint memorati, aut hacten-  
us eorum libri lucem viderint. Ceterum Saeculo 13.  
postquam FridERICUS II. anathemate a Romano Pontifice  
Innocentio IV. esset percussus, ipso illo Caesare adhuc

vivo captum est. 2. Anti-Cæsares à Solis Septemviri  
renunciatos esse. Diserte in Chronicis Ultrajectensibus  
ita scribit Johan. de Beke iisdem temporibus Fride-  
ricus Imperator ab Hamovico Papa dudum excommu-  
nicatus per Innocentium IV. ad Imperialem dignita-  
tem restitutus est Landgravius Thuringia, per Offi-  
ciales Imperij Rom: rex electus, sed idem Landgravius  
paucos annos supervixit, et Rom: Regnum denovo va-  
care coepit. Quapropter idem Apostolicus de generali  
concilio fratrum suorum Dn. Petrum Capuzium ad ve-  
lun aureum S. Georgij Diaconum Cardinalem dele-  
gavit in Germaniam, monens ut Officiales iterato cele-  
brarent electionem regiam. Electores itaq. convenientes  
ad pagum Boringia Coloniensis Diocesis, elegerunt in  
Regem Wilhelmum Domicellum Hollandia Protestantem ipsum  
potentiorum esse Principem in Regno Germanico: Haec omni-  
no Johan. Beke; idem paulo post late describit, quemad-  
modum à Septemviris Wilhelmus ille Agri-grani coronatus  
restat. itidem epistola Innocentij Papae, qua asseritur,  
Wilhelmum istum communi voto Principum, qui in

electione Caesaris ius habere noscuntur (verba sunt ipsius,  
met Lapa) in Romanum legem coeternis Principibus ap-  
plaudentibus esse electum. Indubie itaque Friderico II. ad  
huc imperante ius eligendi ad solos Septem viros devenit,  
quod antehac fuerat commune omnium Principum. Et sane  
per est verisimile, communi decreto Principum ad paucos  
ius eligendi traductum, ut in posterum evitarentur dissi-  
dia circa electionem, quae aliquandiu post obitum Se-  
strenici III. vehementer universum Imperium conturbave-  
rant. Quod institutum indubie iuravit nova ratio eligendi  
tum Romanorum Pontificum, tum passim omnium Episco-  
porum, quae plane istae tempestate demum coepit, delata  
minimam facultate ista eligendi Pontifices Romanos ad  
solos Cardinales, Episcopos vero ad solos Cathedralium  
Ecclesiarum Canonicos, quae hactenus fuerat communis  
soli populo apud singulas Ecclesias. Ad solos autem hosce  
VII. reliqui exclusis devenisse hanc potestatem eligendi,  
per itidem est verisimile, propterea quod soli illi VII. Principes  
in omni reliquorum Principum numero publicis Imperii offi-  
cibus hereditari quasi successione eminent. Certi officio-  
rum illorum habitam esse rationem, et iam tum VII. Principibus

quasi in hereditate fuisse data, manifestum est, cum ex  
sp. iuris Saxonici, cuius Auctor illo ipso vixit tempo-  
rum ex Alberti Stadenhis Chronico, utpote cum uterq; hic  
Scriptor disertè testetur, ideo Principes facultate eli-  
gendi pollere, quod tres illi Cancellarij sint Imperij,  
Palatinus Dapifer, Saxo Marischallus, Marchio Bran-  
denburgicus Camerarius, Rex vero Bohemiae Lincornia  
Arandonam tamen officia illa caperint, penes hosce  
esse Principes incertum est, nec enim firmis testimonijs  
ex antiquitate petitis, certi quicquam licet adstruere. Obser-  
van tamen meretur, Conradum Abbatem Ursbùrgensem  
tempore qui vixit Fridenici II. disertis verbis memorare  
Philippo curiam Imperialem et officiales Imperij adha-  
sisse, ut proinde iam tum officia illa non amplius am-  
putatoria, sed stata fuerint, ac solis VII. illis Principibus  
commissa. Vulgaris porro quidem sententia est, Henricum  
II. Imperatorem instituisse, ut in feudum, si non omnia,  
saltem qui officia laica ab illis Principibus recipentibus.  
Verum enim vero, nullo argumento id quidem ostendi  
potest. Verisimilius id, quæ alij affirmant ab isto Hen-  
rico II. institutum esse, ut Bohemus, Palatinus, Saxo et

Brandenburgicū nobilia ista et sublimia officia isthac  
 aulica Episcopatu Bambergensi a se instituto prastarent,  
 eorum munera erga nonnulla in feudum ab Episcopo  
 illo reciperent. Et vero de secularibus illis quatuor  
 Principibus diserte scribit Marguardus Frehenus part. 1.  
 Orig. Palat. c. 15. cui, ut rem Germanicam summe  
 merito hac in re tuto potest credi. De 4. enim Prin-  
 cipibus illis officialibus Imperij cum dixisset officijs  
 et ministerijs illius Episcopatus esse prefectos addit:  
 et in hunc diem usq. ac in feudum inde recognoscere  
 solent: ita tamen ut vicarios et substitutos suos habeant,  
 propter quos munus illis suis, quando res exigit, honoris ergo  
 defungi possint. Palatinus nimirum in feudum Dapi-  
 ferie Dapiferum de Bommersfelden. Bohemus in Lin-  
 cernatu suo illum de Hufst. Saxo Mareschallum de  
 Ebenat. Brandenburgicū illum de Rotenhan.

Et si vero de hodierno illo instituto dubitare non  
 liceat, non tamen est certum, vel hoc proflixisse  
 ex Henrici II. Imp. constitutione: tantum abest, a certi-  
 tudine ab eodem Imperatore institutionem esse, ut idem  
 sex Principes sublimibus Imperij officijs fungantur.

Certe quae à Bambergensi Episcopo Electores Seculares  
in feudum accipiunt, ad solius Episcopatus illius, non  
autem Imperij iura pertinent, ut post alios rectè quò  
observavit Lymnaüs in Comm: ad capit: Cæs: p. 123.  
Ubi observat ut hoc nomine Electorem Saxoniam possidem  
et in feudum accipere à Bambergensi oppida duo Witte  
bergam et Müllbergam, cum arce Thülnos et pagos 4.  
Zinslande, Zinsdorff, Wilsingen et Disullegast, usq  
adeò sanè hæc vera sùnt, ut fametis Frehenüs prænu  
admodum sit in illam vulgi sententiam de Institutis  
ab Henrico II. septem Imperij Officialibus, nihil tamen  
in testimonium adferre potuerit, contentus dixisse, hoc  
ita asseruari. Cæterum ab aliquo Sveria stirpis Ca  
sare, si non primo institutum, saltem confirmatum  
fuisse munus illud officiale seculanum Electorum, vi  
detur verisimiliter posse colligi ex eo, quod vicaria illa  
munera dilata jam olim sint, solis ex Sveria Nobilitate  
ortis familijs. Hæc sanè lex Bohemus vicarium pincernam  
Imperij habet pincernam de Limburg, Galating Truxer,  
hem de Walburg. Saxo marschallum de Pappenheim

Brandenburgicus Comitem de Hofen-Zöllern. Quicquid vero  
de origine officiorum Imperij hereditariorum ante Friden-  
rici II. tempora officialibus hereditarijs solis eligendi Ca-  
pitem, ius non fuisse concessum, ex ijs, quae attulimus,  
manifestum est.

82  
§ 4. Tres illi Archiepiscopi videntur quam maxime  
tracti ius eligendi, cum quod reliquis episcopis iam du-  
m dignitatis nomine eminent, tum vero quam  
maxime quod functi sunt muneribus Cancellariatus.  
Quandam vero officia illa facta fuerint perpetua,  
et tribus hisce Archiepiscopis commissa, preclare dispu-  
tant Bernhardus à Matenroch, elegantissimo libro  
de Archi-Cancellarijs Imperij. Certè Sect: 13. iam hisce  
titulis tres hi Archiepiscopi audiverunt, nisi quid  
Trevirensis forte per Auzanam Bullam consecutus primum  
sit, ut Cancellarius audiat per Regnum Arelatense,  
cum ante non nisi Cancellarius Imperij per Galliam  
nuncuparetur. Fridencus certè I. Imp. Archiepiscopo  
Vienenfi Cancellarium Regni Arelatensis olim contu-  
lerat. Palatinus Rheni etc: Historica monumenta sine



discrimine omnia, quae quidem à seculo 13. fuerint ex  
rata, ita loquuntur M. Comiti Palatino Rheno com  
petat et ius papificatus, et ius simul eligendi fuerit  
etiam ab eo usque tempore in Aurea Bulla aliquoties  
Comitatus Palatino utrumque illud ius adscribitur.  
Nihilominus tamen mota per Christ: Gewoldum  
à Maximiliano Bavariae Duce, Palatinis lite, quae  
nimirum illa dignitas Electoralis familiae Comitum  
Palatinorum, quae eadem quoque est Bavariae Ducum  
non ratione Comitatus Palatini, sed Bavariae Ducum  
tuis competat, hinc inde primum controversia ista  
est agitata scriptis inter Gewoldum et Freherum;  
inde inter N. Bürgundum Gewoldi defensorem,  
et alios Palatinae partis patronos, ut et inter ipsos  
Ducem Bavariae scilicet et Fridericum Palatinum eiusque fili  
um Carolum Ludovicum. Ac Caesar quidem Ferdinandus  
II. Fridericum Palatino devicto, ut omnibus feris exulati  
Electoralis dignitatem Maximiliano Bavaro tanquam  
iure Bavariae Ducatus contulit: cum tamen nec Domus Pala  
tina, nec reliqui Principes sententia illa acquiescerent

factum tandem est, ut Osnabrigi pax Imperij fuerit con-  
 stituta in hanc etiam legem; ut Carolo Ludovico Friede-  
 richi filio totiq; adeo familiae Palatinae, Stirpis Ludolphi-  
 nae ius novum quasi concederentur, Electorale, relicto  
 iure eligendi etiam Bavariae Domui Stirpis Wilhel-  
 mianae. De omni hoc negotio quid constitutum sit, liqui-  
 dum apparet ex Instrum: Sacris artic: 4. §. et quidem quod  
 ad Domum Palat: ff: quod si vero contigerit etc.

§. 6. Bohemum ab indigenis regni per suffragia con-  
 stituendum diserte quidem cautum est in Aeterna Bulla a Carolo  
 V. qui ipsemet erat Rex Bohemiae. At vero non tantum lo-  
 cum habere debere suffragia, sed ius quoque hereditarium suc-  
 cedendi obtinere, nec liberum electioni indigenarum esse  
 locum, nisi demum emortua familia, iam olim idem Carolus  
 singulari Bulla regno Bohemiae data, definierat frustra  
 urgentibus Bohemis et sequentibus etiam temporibus libe-  
 ram semper eligendi facultatem si arrogantibus. Cum  
 primis de hoc argumento meretur legi Goldasti praecela-  
 tum opus de regno Bohemiae, idq; vel ideo, quod haec indi-  
 genarum Bohemorum praesensio accendit flammam istam,  
 qua postea non Bohemia tantum, verum universa Germania penè conflavit.

§. 8. De successione, quæ mittitur jure familia, vel  
pacti gentilitij, quod vulgò confraternitatis <sup>in</sup> <sup>brüderung</sup>  
appellatur, in A. B. nihil reperitur. Omne illud pactum  
enim capit demum, et quidem sic factum diu post ævum Ca-  
roli IV. Et autem talis quædam pactio, inter familias, Saxo-  
nicam, Brandenburgicam et Hassiacam, quæ quoniam feud-  
LL. planè adversatur, et multum derogat auctoritati Cas-  
saria, nihil valet, nisi ex consensu Imperatoris, quem tamen  
subsecutum esse viri præclari et fide digni hæud pauci  
commemorant.

§. 10. Non tam Latine etc. Hodie in universo pene  
orbe successio filiorum in regna et principatus non solum  
dependere ab arbitrio paterno, sed ubiq; est legitima, etiam  
si nihil differat, secundum diversas gentium et regionum  
LL. idem ferè observatum etiam olim in omnibus istis  
regnis. Nec profecto immerito, utpotè cum per LL. defi-  
nita successione quam optime possit consuli tranquillitas  
regionum, quæ alias hæud in exiguo est periculo, si  
vel nihil de successione est definitum, vel illa unica  
in arbitrio parentum et collocata.

§. 11.

S. II. Jūr illud præcipuum, quō solent gaudere multis  
 in locis primogeniti, est ubiq̄ mere positivum, atq̄ adeo de-  
 pendens à varijs constitutionibus hominum. Nec enim ipsa  
 natura rerum præcipuum aliquid pro primogenitis dedit,  
 ut nec jūr gentium. Posteriùs hinc certè apparet, quoniam  
 ubiq̄ gentium primogenitis nihil præcipui jūris datūr: nec  
 obtinet inter gentes Germanicas multis in locis, ut illi, qui  
 ultimo natus sit, aliquid jūr præ primogenito. Ideo, quia  
 primogenito electorali debeatūr, non ex aliqua natura lege,  
 ut nec ex aliquo jure gentium, aut aliorum populorum,  
 sed tantum ex LL. et consuetudinibus Germanicis peten-  
 dum est. Jam verò non videtūr consuetudinibus quidem  
 Germanicis satis consentaneum, ut primogenitùs ipso momento  
 natiuitatis consecratūr jūr aliquid præcipuum plenè quidem  
 alioquin enim per delicta paterna non posset utiq̄ filius  
 illo suo, quod obtinet beneficio primogenitura privari. Ex  
 adverso autem utiq̄ Johannis Fridenci, Saxonis culpa omnes  
 filij, etià antegeniti fuerint privati Electorali dignitate.  
 Contigit idem primogenito, ut et alijs Fridenci I. Palatini,  
 nec tamen de injurijs libens facta apud Cæsarem aliq̄

Principes Electores conquesti sunt. Itaque non quidem negari  
potest, ipso natiuitatis momento acquiri aliquid iuris pro  
cipui primogenito. Videtur autem omnino asserendum ali-  
qua quidem parte illud acquiri, non plene tamen, sed tunc  
quidem cum morte Patris, atque ita et paterna culpa postea  
illud iure liberis adimi, reuera itaque primo Natiuitatis mo-  
mento non aliud acquiritur primogenito ius, quam ut succedat  
dat in qualitate defuncti Patris. Unde patet, si ipse ante  
Patrem discesserit, nepoti superstiti ius illud paternum non  
posse competere, nisi per solam representationem, ut nec  
iura Laruntum decedentium in posterum propagari dicatur,  
quam per transmissionem, atque adeo perpetuum ab Auctore  
nostro perstringi illos, qui secus sentiunt. Non negaverim  
alibi maius et pleniùs ius primogenitis competere ab ipso  
natiuitatis momento. Verum nobis hic sermo est non  
de illo iure, quod alibi forsan primogenitis competit, sed  
de solo illo, quod competit primogenitis Electorum Germa-  
niae. Obiter obseruari meretur cum apud omnes Germani-  
populos, et in uniuersa Germania p̄sa hactenus obtinuisse  
ut avis nepotes haud succederent in hereditate, si patris  
essent superstitis. Otonis tamen M. aetate controversia et

nata, rem duello more seculi istius fuisse commissam in  
centibus illis, qui partes nepotum pugnaverant, atq; adeo  
ex eo tempore multis in Germania locis, inq; multis heredita  
tibus nepotes avis defunctis succedere cepisse, exclusis pa  
trinis, quam rem lib: 2. legere opera pretium est.

§. 15. Quae disputantur ab Auctore nostro a §. 15. ad 20.  
de successione descendentium, a secundo aut tertio genitis  
primi acquiruntis, ut et §. 21. de successione agnatorum  
per A. quidem B. deserte definita non sunt, eaq; non semel  
motu hinc controversia. Et vero cum primis ea de re disputa  
tum est ante hos 40. annos inter Altenburgicam et Vinarien  
sis domus Principes praeclearis Actis in partes euntibus. Atq;  
Auctor quidem noster complectitur sententiam, quam Vir cla  
rissimus Arnoldus Engelbrechtius singulari commentariolo  
pro causa Altenburgica defendit. Eandem quoq; propugna  
vit post alios Marquardus Freherus singulari Commentario  
posthumo ad cap: 7. A. B. in aliam tamen plane sententiam  
concesserunt, nempe non simpliciter id quod Auctor vult, ob  
servandum, sed in successione habendam rationem et aequi  
tatis sanguinis proximioris, itidem praecleari viri, rerumq;

Germanicatum longè peritissimi. Et verò non dubitaverunt  
illam asferere ex ipsis Sacr: Cæs: iudicij asserionibus dno  
Matthæus Wackerus, et Johann Ludolphus Sayon müller  
Andreas H: Krügerius, Joh: Hartibius et Georgius Obrecht  
tius, cū primis verò longè doctissimo opere, cui titulus  
Senior seu de Majoratū Euzelbrunsi libello potissimum  
opposito, alio iten discursu perdocto de iure representati  
onis in primogenitura Imperij Germanici ipse Goldastius.  
Est autem hac controversia ne hodie quidem auctoritate  
publica decisa, sed hæret sub iudice: ideoq; satius for  
tasse est, in neutram partem quicquam temerè decernere, do  
nec tandem decisio Casarea subsequatur. Certè fundamen  
tum, quo nititur Auctoris nostri tota disputatio, hoc per se  
est unum, quod singuli filij electorales statim ipso nati  
vitate Exordio consequantur iur succedendi per ordinem  
plenum, pro se et omni posteritate sua. Ostendimus vero  
iam tum fundamentum hoc minus esse firmum, certè legi  
nulla Imperij nostri definitum aut constitutum.

§. 23. Kimchiüs: Negat Kimchiüs Electorali alicui  
familia, que quidem proximè et actu ipso ista dignitas

frueretur, haud ministraverit, atq; adeo nullum Archivum  
 forte excussit, nihil causa, quare illis velimus credere potius,  
 quam Trehero, rerum Electoralium Palatinarum sagacissimo  
 indagatori, praesertim cum ei testatur Lymnaeus lectas sibi  
 fabulas de hoc negotio a Bambergensi latas Electori Bran-  
 denburgensi, idemq; una cum alijs testetur a consilijs Saxo-  
 nicis intima admisionis idem sibi acceptum de mareschal-  
 latu Bambergensi ad Saxonicum Electoratum pertinente.

S. 24. Secus quidem. In Aurea Bulla, quae habetur  
 constitutio de futuro Electorali universalis est, et Bohemum  
 non excipit, eaq; nihil videtur esse causa, quare non et  
 Regno Bohemia idem observetur, quod de reliquis Electori-  
 bus institutum est. Nec vero est quid, moneamur illo, cuius  
 auctor meminit, utpote cum Bohemo illi in universo Germania  
 Imperio nullus fuerit agnatus, et in Bohemia non semel  
 deficientibus agnatis, futelam regni ipsi proceres exer-  
 cuerint.

S. 25. Quae tribus hisce proximis VDD. disputantur  
 de futela testamentaria et legitima Electorali videntur qui-  
 dem opposita illi sententia, quam ante hosce 46. propter  
 propter amos ipsa domus Electoralis Palatina et Palatinus



Bipontinus, quem Neuburgico Elector Fridericus IV. testa-  
mento praefulerunt. Et famet si non esset proximus  
agnatus, constituerat tutorem, acriter defenderunt. Verum  
tamen fortassis haud omni ex parte statum illius tunc per-  
ventis controversia est assecutus. Etenim nec Palatina  
domus electoralis, nec Palatinus Bipontinus, in dubium  
tunc revocare, an non proximus agnatus vi A. B. sit  
minoris Electoris tutor, an idem praeferi debeat testa-  
mentaria constitutio, tutela constitutioni legitima. Utrum  
enim videtur concessum, tantum illo manente in Contro-  
versia, utrum is, qui secundum LL. debet tutela fungi  
sit semper et simpliciter admittendus, etiam tunc, si quod  
certum periculum imminet. Leip. illi, cuius tutelam gerere  
debet. Latet illud ipsum ex varijs scriptis illorum, qui  
testamentariam tutelam illam defenderunt, quae inter  
excellunt M. Freheri et Dionysij Gothofredi Scripta  
doctissima. Gothofredi certi libri 3. de tutelis p. 18  
verba disorta sunt: Etiam successionem in Electoratu  
regulariter fieri testamento quis disponere de ea Electo-  
res saltem regulariter non posse. Maxime perspicue

hanc sententiam suam, atq; adeo statum controversia re  
 rum idem exposuit libro cui fecit titulum: Mutatoris de  
 tutela testamentarijs Electoralibus, qui a parte respondet  
 ad narrationem Friderichij, qui omnem testamentariam  
 tutelam in Electoribus damnaverat, Patronus partis Neobur  
 gice. Non est nostri instituti disceptare, utrum iure an in  
 iuria Palatinus Neoburgicus suspectus fuerit de statu  
 Reip. turbando ubi tutelam occupasset. Si transferamus  
 autem negotium illud a hypothesi ad thesin, haud difficul  
 ter liquet, non semper et simpliciter proximo agnato tute  
 lam iure meritoq; committi. Primo enim est quasi communis  
 conditio omnium positivarum legum, ut quoniam non nisi  
 respectu publicae utilitatis sunt lata, ea cessante ex ipsa  
 Legislatoris mente vis LL. prog; evanescat. Quid ergo  
 itaq; liquido appareat lege observata fore, ut per tutelam  
 status Electoralis in discrimen advocetur ipsam illam Legem  
 de tutela legitimam non amplius obligare manifestum est. Et  
 vero repugnat essentia tutela, ut per illam res pupilli non  
 defendantur, sed perdantur: atq; adeo non protectio is ex  
 mente Legis merito est tutor, qui fuerit Kemp. non nulli, sed

perdere. Effi. Edo disertis verbis non fuerit de eâ re  
in Aurea Bulla prævisum, ita tamen accipiendum esse le-  
gis mentem, vel inde apparet, quæ præmissis c: 7. simpli-  
citer primogenito ius succedendi tribuisset, cap. tamen eod-  
ita loquitur: Primogenitus filius succedat in ijs, sibi  
soli ius ad dominium competat, nisi forsan mente captus  
fuerit, seu alteri famosi et notabilis defectus erit,  
propter quem non debeat seu possit hominibus imponere,  
hi sane similesq. casus etiam in tutela erunt admittendi,  
et si lex A. B. verbis disertis eos non expresserit, usq.  
adeo sane clarum est, ut non dubitaverit ipsemet Lud-  
phus II. Imperator tutelam testamentariam Bipontini pro-  
bare, Neoburgico legitimo tutore et petitionum remis-  
sio idq. certo loco merito est notandum, imò vero usq. id adeo  
est manifestum, ut Reschinus Cancellarius ipse Neobur-  
gicus in responsione Apologetica pag: 12. itidem disertis  
hisce verbis usus fuerit, posse interdum in legitimo tu-  
tore occurrere tam graves et pregnantes suspensiones cau-  
sas, quæ repulsam seu remotionem sperdeant, et alibi: Electo-  
nem non posse fratrem ut suspectum excludere, nisi pro-

abis legitime suspicionibus. Igitur id quidem ponendum est,  
 tutelam testamentariam auctoritate A.B. omnino exclusam  
 esse regulariter, hoc est: Si omnia in proximo agnato, prout  
 par est, sese habuerint, sin minus vero A.B. haud exigere,  
 ut strictissime observatis legis verbis, ad solum proximum  
 agnatum tutela deferatur, et quidem Auctor noster nihil ali-  
 ud demonstrat, quam communiter ei regulariter per A.B.  
 testamentariam tutelam esse rectam. Singulariter autem et  
 omnibus in casibus rectam esse, neququam demonstravit. Ob-  
 servandum porro etiam illud haud immerito posse forte in  
 dubium vocari, quod Auctor noster initio §. 25. dixerit, quasi  
 se: per illam legem Carolinam de legitima tutela multum  
 commodi allatum sit Reip. atq; adeo legitima illa tutela  
 testamentaria sit preferenda. Certè testator facilius videtur  
 cavere posse testamento, ne quid res suae capiant detrimenti  
 à tutore, quem ipse eligit, quam fieri possit à lege, siue  
 universim, aut alteri alicui, aut certè proximo agnato  
 cui tutela deferatur. Nec enim inter agnatos semper bene  
 convenit, imò vero, inter illos multum saepe est dissensio,  
 nis domestica, ut proinde ab illis saepe maximum immineat  
 periculum, ceu usus rerum quotidianus docet. Nec vero

est abiciuus momenti, quod tutor noster disserit §. 27.  
quæ testamentaria tutela admisa, possit fieri, ut Elector  
testamento Electorum vel vicarium Imperij nũtico vel  
tutori conferat, atq; ex plebeij ac subdito hũmũm in  
Imperio Magistratum efficiat, tale enim quid per Legem  
facile possit prohiberi, in reliquũ tamen admisa liberi  
potestate testamento tutorem constituendi.

#### AD CAPUT V.

§. 1. Voces sũm Germanice, tũm latina, quibus  
potissime Magistratus Imperij nostri solent appellari, ab  
antiquo et primario usũ plurimum hodie disident. Germa-  
nicas enim voces si spectamus, Fürst, Erbmater, Herzog  
Ducem militia aut exercitus. Graf autem iudicem notat  
Similiter et latinarũ vocũ, Dux nimirũ, Principis  
et Comitũ significatio, quæ quidem initio fuerit apud  
Latinos, notũ est. Postea vero, et quidem cũ primis  
seculo 4. Christiano Comites sigillatim dicti fuerũt  
Imperij magistratus, magna quidem, non tamen summe aucto-  
ritatis, quã in significatione vox illa passim occurrit in  
ũniverso Codice Justiniano. Dux vero aũdiebat is, qui  
rei militari unũ præerat, per aliquam magnam Pro-

incian, Principis vero nomen soli Imperatori fuit tribu-  
 tum, et vero more illo quodam Romano, cum etiam apud  
 Germanicas gentes non nihil institueretur Resp. ex similitu-  
 dine quaedam illius Imperij, illi qui apud Germanos per  
 pagos et ricas ius dicebant, Francones à nonnullis; ab-  
 alijs comites, qui vero per regionem aliquam late patentem  
 nationi cum auctoritate belli se gerendi imperabant, Duces appel-  
 lari ab ijs, qui latinus loqui affectarunt, ceperunt. Fuit vero  
 per unversum Imperium Germanicum diu Comitum quidem, qui  
 ius per ricas et pagos dixerunt, ex antiqua prosapia octo-  
 tum numerus perquam maximus. At vero, quo tempore Carolus  
 M. Franconum Imperator rexit non nisi duos magnos ducatus  
 alter in Germania Bojanicus, et in Gallia alter Aquitanicus fue-  
 re, quos tamen ut Imperio inutiles e medio sustulit. Post tem-  
 pora vero Caroli M. in hac nostra Germaniam superstiti etiam  
 eius familia, enati sunt Ducatus Saxonia, Alemannia, Franco-  
 nia, Lotharingia, Bojaria, ne quid nunc dicamus de Ducatibus  
 Sclavonicis, alijsq; in Burgundia exortis sequentibus tempe-  
 stibus, numerus ille magis magisque excrevit, donec ferè nomen  
 Principis et Comitum quidem honorarius potius titulus esse  
 cepit, quam magnam aliquam magistratum denotare. Ex adverso  
 autem Comitum numerus decrevit, eorum nimirum, qui ferè tali

aliqua dignitate fruuntur, nec enim eas, qui honorario  
isthoc titulo honorantur, nunc moramur. Factum autem  
illud est, quoniam Comitatus ditiones paulatim absorptae  
sunt, et contracta in unum a Principibus, quo major  
ipsis potentia accesseret. Qui simile quoque accidit circa  
Ducatus, quoniam iidem multi paulatim coaluerunt in unam  
familiam. Quae ratione ingens profecto uniuersa de  
facta est mutatio. Observandum est porro, etsi vocabu-  
lum Principis ceu Fürst more Germanico sit commune  
omnibus etiam Ducibus et Episcopis, sigillatim tamen nonnullis  
competere, quibus nomen Ducis negatum est ex antiquo in-  
stituto, ac proinde communem quidem esse illum titulum, alia  
tamen dignitate inferiorem tituli Ducali. Contra plane ab  
Imperio Romano veteri fuit observatum Caesarem vero, ut post  
cum in tota tempestate solus Caesar titulo isthoc usurparet.  
Observandum quoque est, etsi in comitiis Imperii, aliisque locis  
conuentibus minor comitum sit, quam Principum dignitas,  
tamen domi et inter suos non minori, multos eorum saltem  
qui Caesarem agnoscunt superiorem eminere, imo non nullis  
viris et potentia Ducibus ipsis nequaquam cedere, quoniam  
immo Ducibus omnino pares sunt, qui Marchgraves et

andgravij appellantur, ut proinde non simpliciter possit cesti-  
 ratio institui de potentia et auctoritate sola ex titulorum diver-  
 sitate. Denique etiam hoc observandum, solos Austriacos ho-  
 die Archiduces seu Erzherzoge audire, idque demum insti-  
 tutum ita esse contra majorem morem a Carolo IV. Impe-  
 ratorem, posteaquam nimis iam tum familia ista praeter Du-  
 catum Austriae, Stiriam et Carinthiam, Ducatum item Ca-  
 rinthianum longe vetustissimum, Landgraviatum item Alsa-  
 tiae, late item patentem Comitatum Tirolensem, aliasque regi-  
 nes in suam potestatem redigisset.

§. 4. Marchionici sunt Comites limitanei aut Comi-  
 tum praefecti: Omnes certe marchionatus universi in  
 Germanici a limitum illis praefecturis acceperunt nomen,  
 sic Marchionatus Brandenburgensis et Misnensis fuit consti-  
 tutus ab Henrico I. adversus gentes Sclavicas. Marchionatus  
 Saxonensis itidem fuit institutus contra Regnum Burgundiae,  
 quod tunc temporis a regno Germaniae fuit diversum; Marchio-  
 natus itidem Antwerpiensis Scaldi fluminis adiacens, fuit oppo-  
 situs Regno Francorum occidentali. Similiter Landgraviatus  
 proprie nihil aliud sunt, quam insignis alicuius Provinciae, non  
 videntur Ducatus, aut tali titulo insignes, prope modum tamen  
 omni Magistratus. Eorum inter eos eminent duo illi per Thuringiam



et Maslian instituti, antiquis Ducibus atate haud parum  
inferiores.

S. 7. Austrionenses et Cabiloni Principes sunt Regni  
Burgundici, non magnae tamen potentiae. Caro vero inter  
fuerunt Imperij Comitibus exemplo reliquorum Regni Burgun-  
dici Procerum, cum quidem ad summam aspiraverint li-  
bertatem, tum vero quod respererint ad regnum Galliae  
Carolus V. ut prorsus a Regno Galliae Philibertum utriusque  
Principatus heredem defleceret, ita eius posteros et Successores  
Imperio Germanico inseruit, ut in posterum pars esset  
Imperij Comitiorum. Verum enim vero eius Successores  
affectantes iterum summam libertatem, maluerunt ab Imperio  
comitibus abstinere, nec se Imperij quoque communi iugum  
ferre coegerunt. Haec non est quod quis miretur, eos  
iure illo suffragiorum in Imperio frui amplius noluisse  
haud fuerit fortasse ab eo opere pretio, si consuleretur  
quae de utroque Principatu disputarimus in opere de finibus  
Imperij Germanici c: 25.

S. 8. In matricula Imperij qui appellantur Von der  
Maß, Duces esse Masovia recte existimat Autor, et si aliter  
in alia sint sententia. Ducatus ille autem quando ex-  
stitit aut extinctus sit, quo iure aut iniuria possideretur

91  
nient facta Regni Polonici, prolixi à nobis disputatum  
est in Opere de finibus Imperij Germ: c: 18. 19. Est autem  
Ducatus illius Metropolis Warsavia.

§. 9. De Principibus illis num sint Status Imperij,  
nec ne, fidei Imperij acriter litigavit Elector Saxoniae  
cum agnatis, pro se iudicis sententiam obtinuit: atq;  
ideo hac de causa non amplius Imperij Comitibus illi  
inter sunt.

§. 10. Quae hoc loco Auctor monet de Ducibus Mantuae,  
Austriae et regij item Ferrariae, plane sunt ab hoc loco alie,  
a, utpote cum libellus hic proprie agat de regno Germa-  
nico, cum hi Principes sint regni Italici, quod semper  
distincta Comitibus à Regno Germ: habuit. Injuriam porro  
videtur Auctor facere §. 12. Rom: Pontifici circa Ferraria Duca-  
tum. Nec enim Ducatus ille proxime quidem feudum fuit Cas-  
sianum, sed Pontificium, ac proinde Clemens VIII. Papa, deficiente  
legitima Sobole mascula merito potuit Ducatum illum tanquam  
vacuum recipere.

§. 13. Quo tempore comitatus nomine adhuc audiebat Hol-  
stia iam dudum Comes Holsatia in ordine reliquorum Comitum  
Imperij suffragia tulerunt. Similiter cum à Friderico III.

Holsatia, Stormaria et Ditmarsia possessio transcribere  
tur Christiano Regi Danie ex antiquissima Oldenburgia  
prosapia orto, Ducatus titulo simul ipsi eiusque posteris inter  
Principes semper locus datus est. Non tamen interfuerunt  
Comites vel ipsi vel posteri, propterea quod nec ultimum  
locum haberi, sed alijs potentia minoribus forte vellent ante  
ferri. Hanc litem itaque de iusta sessione in Comitibus Chri-  
stianus III. a Ferdinando Rom. Rege decidi petiit, quapropter  
non demum anno 1570. primum Holsatia Duces ius Comiti-  
um adepti sunt, sed iam hinc a primo Ducatus exordio  
Lis tamen de iusto loco inter Principes, et hi varijs contum-  
onibus et modis agitata fuerit, ne hodie quidem satis est sopita  
Lauenburgici Principes qui appellantur, illi idem tanquam  
Duces Saxonie sedem in Comitibus a temporibus Frederici  
Barbarossae habuerunt; Postquam vero Sigismundo Impe-  
rante dignitas Ducatus Saxonie ad Marchiones Misniae  
translata est, nec Lauenburgici res suas adeo diligenter cura-  
rent, aliquandiu a Comitibus abstinuerunt, ut proinde et illi  
nunc nomen inter Principes seorsim inveniatur, demum anno 1570  
non tamen tunc demum ius Comitionum illi acceperunt

S. 14. Comitum Hennebergenſium ampliffimū fuit  
Patrimonium per Franconiam, quā ratione acceperunt à  
Caſare titulum, *Kurfürſten Grafen von Henneberg*, ſi-  
mulq̄ adepti ſunt inter Principes locum. Verūm hæc  
familia iam ſatis conceſſit, territorio illonem omni  
occupato à Ducibus Saxoniæ miſnenſis proſapia.

S. 16. Cūr autem etc: Id quidem hodie eſt emenda-  
tum quatuor iam ſuffragiorum iura ſereniſſ: Brun-  
ſwicenſ: et Lüneb: Ducibus ſibi in comitibus uſurpanti-  
bus.

S. 17. Si antiquitatem nobiſſimæ proſapia et gene-  
ris ſpectemus, univverſa Europa non habet, excepta regia  
Gallia familia, qui cum Germania Principibus nobilitate  
poſſint contendere, quanquam etiam inter illos alij alijs  
hæc parte emineant. Commune omnibus eſt, quod ſaltem  
ab 800. armis inter Comites, Hennebergica tamen familia  
denota locum inveniit. Singulare autem eſt Brunſwicen-  
ſium Ducum, quod præ alijs Ducalem dignitatem quam  
diutiſſimè obtinuerint, nec enim hæc quidem in parte  
nulla Principum familia Brunſwicenſi meretur anteferri

Inter Marchiones vero omnium antiquissimam pro sapian-  
mento dixeris Marchionum Misicie, qui hodie Ducali Saxo-  
nia dignitate potiuntur, utpote qui ea dignitate iam sunt  
insigniti a temporibus Henrici Aucupis. Reliquae familiae  
Principum omnes senius citius in Principum ordinem sunt  
cooptatae. Quas inter Anhaltina, Lomeranica, Bavarica  
seu Palatina, Megapolitana, Saxonica, Lauenburgica  
Friderico Barbarossa suum illum honorem debent, aliisque  
per demum Principum ordini insertis.

§. 18. De Wittixindo, eiusque dignitate inter Saxones  
antiquorum recentiorumque historiae parum conveniunt. Indi-  
cie vero antiquioribus illis, plus fidei tribuendum, quam re-  
centioribus. Jam vero res Caroli M. cum Saxonibus gestas  
descripserunt quidem nonnulli, qui vel ea ipsa aetate, vel  
paulo post vixerunt, nemo tamen eorum, in Saxonia memo-  
ravit Legem, aut vel unius Saxonici populi aliquam Mo-  
narchiam. Wittixindi certe, quotquot meminerunt, Angli-  
canorum duntaxat Ducem illum, in bello Saxonico interdu-  
m fuisse memorant, Carolo M. Regi saepe rebellem, et tandem  
illi post susceptum Baptismum reconciliatum. Ostendit

93  
Welfundo, Wulficindus, Monachus Corbejenfis, lib: 1: Histor:  
ta scriptit; Lemp. Saxonum antiquam, uti itidem facile  
apparet, recentiorum commento, a vero plurimum disfidere.  
Notatu digna sunt illius verba: a tribus, inquit, Principi-  
bus totius gentis, Ducatus administratur certis terminis  
exercitibus congregandi potestate contentis, quos suis legibus  
ac vocabulis nominis signato in Ostphalos sc: Angarios,  
et Westphalos. Si autem universale bellum ingrueret,  
forte eligitur, cui omnes obedire oportet, ad administran-  
dum imminens bellum. Quo pacto aequo iure ac lege  
propria contentus, potestate unusquisque vivebat. Hactenus  
Wulficindus Lex fuit omnium Saxonum, imo ne qui-  
dem Angariorum Dux hereditarius, nisi admodum restrictis  
potentia terminis. Quod posteritatem eius attinet, in an-  
tiquissimis quidem scriptis vix pauculas invenias,  
praeterea quod in Wulficindo inveniamus, Mechtildem,  
uxorem Henrici Aucupis stirpe illam esse procreatam,  
Recentiores ex sanguine illius varias adduxerunt familias,  
verum tamen tuto credere illis nec ne, per est incertum,

praesertim cum circa originem familiarum, et ambitio  
et inscitia multum valeant, nec facile in promptu sit  
unde coargui fragmenta possint. Et verum parum quod  
refert isthaec scire, praesertim si constet antiqua origi-  
gentis alicuius. Sigillatim quod attinet Saxonicos seu  
mionenses Principes, hinc a Wittikindo orti nec ne  
non profecto indubitatum est, et si id Auctor affirmet  
nec enim ab antiquis Scriptoribus tale quicquam est pro-  
ditum. Lar est ratio familiae Oldenburgicae, et cui  
ortum debent reges Daniae et Duces Holstiae. Leges  
porro Franconum a Wittikindo ortos, nemo veterum  
asseruit, qui vero nostra aetate in originem nobilissi-  
mae illius familiae inquirere, longe prodiderunt alia  
Sabaudiae Duces solent quidem in Ottone Casarem su-  
am originem referre, verum itidem incerta admodum  
fide, si non plane reiicienda sit assertio illa, cum Otto-  
non filij et res diligenter sint a Scriptoribus coarctis  
memoria tradita, nullius tamen filij, cui ortum debere  
possit familia Sabaudiae, vel levisfima reperiatur me-  
moria. Tunc vero nec Ottone, ut nec Henricum suum

hem ex posteris fuisse Witticindi, haud difficulter potest  
 respici ex eo, quod Witticindus Corbeiensis lib: 1. Solig  
 rechildis uxoris Henrici Aucupis originem inde arcesjat,  
 indubio item facturus de Henrico Aucupe ipso, si tunc tempo  
 or origo illa fuisset nota. Et si vero illa a Witticindo  
 propagatio sit incerta, certum tamen est, quas modo memo  
 avimus familias, usq; adeo antiquo esse genere prognatas,  
 ut prima origo omnem rerum Germanicarum memoriam  
 excedat, quod ad nobilitatem demonstrandam sufficiat, ut  
 adeo necessum non sit de Witticinda propagine solici  
 um esse.

S. 19. Ora de Brunsvicensium et Lüneburgensium  
 lucibus memorantur, iusto sunt proliora, nec enim omnia haec  
 d institutum pertinent. Nonnulla etiam minus vero sunt consen  
 area. Hic enim, qui primus in Germania longe nobilissi  
 am hanc propaginem ex Italia transtulit, non Dux, sed  
 Marchio fuit, nec IV. sed V. eius nominis. Filius quoq; Guel  
 phus aut Wulff, cui ab Henrico IV. datus est Ducatus Bava  
 ria, non VI. eius nominis, sed IV, nec ille avunculo suo Guel  
 pho V. in Bavaria Ducatu successit, sed Ottoni Saxonia



Stirpis Principi, per sententiam principis damnato et  
Ducatu isto exuto. Avunculus sane Guelphi I. Bavarie  
Ducis non nisi Norici Dux audist. Later vero Künigūn  
de matris Guelphus quidem fuit dictus, dignitate tamen  
non nisi Comitis Attorffensis fuit gausus Stirpis antiquae  
sive Sueviae, cui tamen primum Ludovicus Pius ducta  
Juditha conjugē illa familia nata addidit potentiam  
Etsi vero certum sit, Azonem, quem modo memoravimus,  
iam tūc Henrico III. Cesare inter Principes Italiae sive  
Longobardiae potentissimos numeratum, atq; Longobardia  
Stirpe profatum, quando tamen in familiam illam Hsteti  
nam Marchionalis dignitas pervenit, incertum est, quamvis  
id satis quidem constet, iam tūc circa initia seculi 10.  
magna illam familiam potentia floruisse.

§. 22. Falluntur qui Megapolitanos Duces ad Henni-  
lar referunt; Henni enim fuisse Gens Germanica, et relicto  
Patris solo, cum alibi per Lamomian tūc deniq; in Italia  
Rege Odoarro sedem suam fixit, donec ibi Resp. ipsorum  
perisset, dericta ab Ostro-Gothis. Ex adverso certum unig  
est, illustrissimos illos Principes fuisse Venetiae seu Scla-  
vicae originis Majores ipsorum obstinitorum Venetiae

gentis Principes fuisse, sic satis constat, regio autem titulo  
 appellatos, in antiquis monumentis haud reperire est. Nam  
 satis porro verò est consentaneum, illos fùm demùm cùm  
 sacra Christiana accepissent Germanico Imperio subiectos  
 redditos, aut sponte quasi suo Imperio sese subdidisse, titu-  
 lo Ducum accepto. Jam enim à Caroli M. temporibus, ut  
 alia Venetica gentes, ita et obstructi fuerunt pars Germ:  
 Imperij idem deinde gravissimam servitutem passi sunt à  
 Saxonica Ducibus, quam, licet excusissent semel atq; iterum,  
 mox tamen domiti, denùo servierunt, cùm primis certe impe-  
 ravit illis Henricus Leo herilem penè in modum, donec  
 tandem fracta Leonis potentia à Friderico Barbarossa Caesare  
 Saxonica Ducibus subductis, inter Principes ducesq; Imperij  
 locum atq; dignitatem suam acceperunt. Et si porro Auctor  
 noster modum vulgum secutus, illustrissimae illius familiae  
 Duces Megapolitanos appellat, observandum tamen est,  
 morem illum interea 100. praeter propter annos coepisse, ex quo  
 de: Graecorum literarum in his literis coepit aliqua peritia.  
 Et verò caret omni fundamento antiqui quidem testimonij  
 substructa illa Megapoleos appellatio. Nec enim illis in lo,

cis unquam Græcorum nominum usus, nec ulla urbs, quæ  
à magnitudine meretur *νεσάποδης* appellari, multumq;  
abest *Μαχλουβιργι* Vox, et tota loci conditio à facie  
magna alicuius urbis à Græco *νεσάποδης* voce.

§. 23. Pomerania Principum memoria prima existat  
in ipsi Scripserunt, qui prima Christianismi exordia in  
gente illa narraverunt. Nec verò domestica Pomeranis  
monumenta ulla fuerunt ante Christianismi exordia  
cumq; procul remoti essent ab alijs populis, qui iam tum  
Christiana religione erant imbuti, hinc senior etiam in  
monumentis memoria illorum reperitur. Prima itaq; Ducum  
illorum mentio reperitur facta, seculo circiter 12. Quæ  
ante illa tempora contigerunt, incerte omnia sunt fidei,  
si non universim fabulosa: Certi quæ de Gryfforum  
familia aut regia per Sarmatiam, Europæam dignitate  
feruntur, nullo nituntur certo testimonio, ac proinde  
mera potius figmenta videntur. At verò iam tum seculo  
12. magnâ fuisse Principes illarum terrarum poten-  
tia, ex monumentis illius ævi manifestum est. *Armad*

modum verò fuerint primùm quidem ab Henrico Leone  
 gradatenus sub iugum missi, illiusq̄ potentia concedente  
 per Fridericum II. Cæsarem in Ducem et Principem Imperij  
 Germ: numerum relati, prolixius persecuti sumus in Opere  
 de Fin: Imp. Germ: cap: 16. Verùm hæc omnis Ducum  
 familia tota iam intercedit pristina eorum auctoritate  
 partim ad Reges et Regnum Sueviae, partim verò ad Ele-  
 ctors Brandenburgenses relata.

S. 24. Fertur Genealogia Anhaltinorum deducta  
 à Caroli M. usq̄ temporibus. Verùm an antiquorum illorum  
 temporum historia certis monumentis possit probari eadem  
 vehementer dubio. Nec tamen quicquam est causæ, quare  
 dubitemus, longè ultra illa tempora stirpis illius originem  
 procurram. Maxima claritudo gentis capit Friderico I.  
 Cæsare delata in illam beneficio illius Cæsaris et Saxo-  
 nia Ducatus et Marchionatus Brandenburgensis dignitate,  
 imò verò paulò post omnis familia Anhaltina seorsim in  
 Principum numerum et titulum recepta.

S. 25. Ita quidem ab antiquissimis usq̄ temporibus  
 in Rep. Germ: fuit observatum, nuperime tamen præter

morem illum receptum, inter Principes cooptati sunt, atque  
ad Comitia admissi etiam, qui nulli, aut etiam exigua  
ditioni praesunt. Quod, quanti sit momenti in omnem par-  
tem, non potest fere prouidentem quendam latere.

§ 26. Recte ita dissentit Auctor, si observetur L. capi-  
tulationis, at vero, quod illa parum curetur, manifeste de-  
cuit nuperimum Germania bellum: utpote cuius tempore  
in Ducum Mecklenburgensium damnationem locum receptus  
fuerit Wallensteinus, ne de alijs nunc dicam.

Ibid: quo argumento eic: Successionum foedera seu  
de Erbverbindung plerumque sunt antiquiora Capitulationi-  
bus istis, quibus feuda vacua transferre prohibitum est,  
quaedam sunt recentiora, tamen a Caesaribus confirmata, ut  
proinde usus a praescripto L. sit multo diversus. Obser-  
vandum tamen est, Principes Electores in conventu Labobo-  
rensi anno 1630. gravissimam querelam adversus Ferdinandum  
II. instituisse de non observato capitulationis cap. 20. art. 18.  
Dandem habe, inpiertes, Was der Inhalt seiner Capitulation dem  
Kaiser durch Todtsfälle, oder durch Vererbung dem Kaiser Vor-  
fallenen, oder durch die bey solichs Ermuda wachende Juris-  
fuerer, Quastu und Erbschaften aus Vorhijten der

Electoribus respicit, utpote, transferunt in abalienant.  
 Tandem porro legem repetisse additis clausulis sic satis  
 reveris in capitulationibus Ferdinandi III. et IV. ac proinde  
 ea, quae Ferdinandi II. temporibus contigerunt, tq. vitia  
 facta censeari potius oportere, non vero legibus opponi.  
 Et vero illa Ducatus Megapolitani in Wallensteinium  
 collatio, eo quoq. laboravit, quod siquidem delicto Prin-  
 cipum Ducatus ille fuisset vacuus redditus, debuisset fumen  
 potius in marchiones Brandenburgenses transferri, utpote,  
 quibus de successione in feudum illud vacuum iam dudum  
 fuerit cautum consensu Electorum in varijs Imperatoribus,  
 confirmatum ab ipso Imperatore Ferdinando II. a. 1622.  
 die 28. Augusti, quod e Lymneo observatum in amotamen-  
 tis ad Articulum 28. Capitulationis Ferdinandi II.

§. 27. Commoda et incommoda utriusq. successione si  
 spectemus, observare licet utriq. neutrum horum deesse.  
 Si enim successio deferatur tantum uni primogenito,  
 in singulis quidem Provincijs obtinetur major potentia,  
 majorq. concordia, ex adverso facile fieri potest, ut una  
 aliqua familia in majorem excrescat potentiam qm. toti  
 Leip. corpori commodum sit, utpote, cum ad salutem Leip.  
 pertineat, ut inter cives unius Leip. virium quoq. sit aequa  
 litas. Ad hoc perire quoq. ita facile solent familiae, utpote

cum illi filij, quibus nulla datur territorij paterni portio a matrimonio sua familia haud indigno bene probeantur. Cumq; ex impari matrimonio sunt nati, solent fere a successione excludi. Quod si vero porro ex aequo dividantur patrimonja, fere ad incitas solent redigi vires et dignitates illustrium familiarum, quod ipsi pariter publice privatimq; multum noceat. Contra tamen in divitum domibus conficitur multiplici sobole familiarum illustrium conservationi. Posset vero fortassis huic incommodis occurrere salutaris aliqua Lege, qua nim: constitutum sit, ut secundo aut tertio generationis filiorum etiam ex impari, adeoque cum infima nobilitate in matrimonio posteris, Principis familia reliqua extincta jus succedendi concedatur: Interim tamen omnes Nepotes cogantur esse contenti aliquo titulo haud illustri, pinde ut ex parte fit in Gallia, Hispania et alibi. Similiter si constitutur certus quidam modus comparanda potentia, ne sc: cuius integritas sit, parare sibi potentiam quam possit sed eam demum, quam salus Reip. sive publici Imperij permittit. Tales certe leges si observentur, videtur commo distine fore, ut ad unum primogenitum omnis potestas deferatur.

S. 28. Quo tempore Auctor noster hac commentabatur, duplex erat ordo Comitum et Baronum in Imperio Germanico.

Alij enim Comites et Barones immediate sc: Imperio subiecti,  
 alij inter ordines Imperij numerabantur. Alij vero erant  
 subiecti Principibus immediate, Casari vero non nisi mediate,  
 tantum illi qui vulgo Landgravi dicuntur. Jam accessit et  
 tertius qd: intermedius ordo, qui sc: et ipsi Comes Imperij  
 habentur. Verum ratione solum personarum Casari sunt  
 subiecti, realium autem nomine agnoscunt superiores alios  
 principes. Fuerunt autem Landgravi magno numero, hodie  
 ad paucos sensim rediguntur, exspirantibus sc: eorum familijs,  
 non nullis tamen bona defunctorum deferantur, pro magis  
 magisq: Principum potentia excrescit.

S. 30. Accipi haec debent de bonis feudalijs Principum  
 optimioribus Imperij. Distincte enim capitulationes habent:  
 "Dan auch Euse dem Reich und unsern Expiration  
 röffend und Ludwig sein fallou Uirdeu so et das mureh  
 ruffo ertrügen, ad Fürfürstlichen, Graffschafft,  
 Herrschafft, Stätt und der gloufen, die sollen und sollen  
 hier fürfürstlich niemand Euseu."

AD CAPUT VI.

EPISCOPIS ET PRAEULATIS STATIBUS  
 Imperij.

S. 2. Quo tempore primum Principum titulo cape  
 rint audire, Episcopi et nonnulli Abbatum haud facile est  
 definitum. Verisimile est sensim hoc factum dum minimam



nonnullis Archiepiscopis, ut et Abbatibus paulatim conpe-  
runt conferri, vel si simpliciter bona Principum ve-  
multi Comitatus. Factum autem est huius rei initium  
ab Ottone M. Cesare in Germania quidem. Hic enim  
omnium primus Brunoni fratri Lotharingie Ducati  
cum Archiepiscopatu Coloniensi et Wilhelmo filio Ar-  
episcopo Moguntino Thuringiam gubernandam commisit  
tam ante illa tempora vero in Regno Francorum Episcopi  
pariter et Abbates inter Regni Proceres in comitis locum  
inveniant. Bona vero an malo ceserit illa in Ecclesi-  
asticos secularium dignitatum facta collatio, non mi-  
serum est difficile indicatum. Notum quippe fieri vix posse  
ut unus idemq; animarum Coelesti cura simul et bonorum  
communium curam a sese in Diaconos eiecerint magno  
rum secularium administrationem vacet. Hinc sane  
Apostoli ipsi statim in initio nascentis Ecclesie bona  
rum communium curam a sese in Diaconos eiecerint,  
postea per universam Ecclesiam constituti sunt Oeconomi  
et Advocati, qui dicebantur. bonorum sacris dicaturum  
Curatores: In Canonibus item Apostolicis qui appellantur  
diserte vetita est Episcopis omnis talium bonorum admi-  
nistratio. Germania profecto ex quo ab antiquo illo more

recessit, Episcopus verè pius et doctus habuit longè pau-  
 rissimos, pleriq; rerum secularium curationi unice intentis,  
 atq; adeo non nisi nominatenus Episcopus se gerentibus  
 omni sua episcopali curatione rejecta in vicarios, quos vo-  
 cant (Sfor Episcopus) et quidem usq; adeo, ut plurimi ha-  
 bitenus Episcopus fuerint habiti, et bonis gavisi, qui fa-  
 cilenè ne Presbyterij ordinem acceperant, atq; adeo sacra  
 nulla potuerunt celebrare.

S. 4. Hierarchia Ecclesiastica per Imperium Transal-  
 pinum atq; adeo per Germania Regnum proprie sic dictum  
 Saxonicum, item Burgundicum et Arlatense varie hactenq;  
 fuerunt mutationes, ex eo certi, quod finium Imperij huius  
 non semper fuerint eadem ratio, modo sc: illis latius, modo  
 strictius expositis, quemadmodum ex Opere de finibus est  
 manifestum. Initio superioris seculi habuit Imperium hos  
 Archiepiscopatus VIII. Moguntinum, Coloniensem, Treviren-  
 sem, Cameracensem, Magdeburgensem, Salisburgensem,  
 Brevensem, Vesonium et Rigensem. Tres item Episcopatus  
 Liberos, h. e. nulli Archiepiscopo proxime subiectos: Mis-  
 nensem, Bambergensem, Ratisbonensem. Posit merito  
 Archiepiscopatibus amunerari et Pragensis, utpote cum

universum Regnum Bohemia tum temporis usque intra fines  
Imperij Germ: collatum. His Archiepiscopi porro fuerunt  
jecti suffraganei Episcopi Moguntino 12: Cuiusmodi  
Stardienfis, Argentinensfis, Spirensfis, Wormatiensfis, Würzburgen-  
fis, Augustanus, Eichstedenfis, Hildesienfis, Ladebornensfis,  
Halberstadiensfis, Verdenfis, Colonienfis 5: Monasterienfis, Ul-  
rechtinus, Leodiensfis olim Tungrenfis, Mindensfis, Osnabrügen-  
fis. Magdeburgensfis 4: Merburgensfis, Havelbergenfis,  
Mauenburgensfis s. Zizensfis, Brandenburgensfis. Trevirensfis 3:  
Metensfis, Tullensfis, Viordunensfis. Salisburgensfis 2: Tri-  
entinus, Britienfis, Passariensfis, Prunshingensfis, Viennensfis,  
Schonensfis, Würtenfis, Laventinenfis, Chimonensfis. Bre-  
mensfis 5: Lubecensfis, Schwerinenfis, Lebuschinenfis,  
Schleswicensfis, Ratzenburgensfis. Ligenfis 4: Revalienfis,  
Curiensfis, Osonensfis, Dorpatensfis. De suffraganeis Archie-  
piscopi Cameracensfis autem aut Pragensfis, non est, cui  
hic quicquam dicamus, utpote cum illi quidem ad regnum  
Gallie hi vero ad Bohemia spectaverint. Habent quodam  
et Lomerania Episcopum Cameracensem, veniunt nec ille ulli  
Archiepiscopo Germania subdit, sed suffraganeum equit  
Archiepiscopi Gvernenfis. Ceterum huius hierarchiae  
peniori et hoc seculo ingens facta est mutatio, primam  
in eo, quod per passariensem sacri tractationem super  
ori seculo omnia iura Ecclesiastica Episcoporum per omnes  
Provincias

rovincias, quibus fas fuit Augustana confessioni se ad  
 acere, fuerit sublata, ut ita Episcopis et Archiepiscopis  
 nihil iuris manserit reliquum, praeterquam in propriis sui  
 territorij secularibus. Secundo eo ipso, quo subducta  
 sunt Inp. finibus uniuersa Livonia et Prussia, simul etiam  
 Archiepiscopatus Rigenfis cum suffraganeis Episcopatibus  
 perierunt. Tertio cum ante Lasfanensem Sacram Saxoniae  
 Electi territoria 3. Episcopatum, Mersburgensis sc; et  
 Naumburgensis et Misnensis: Electi Brandenburgico duo,  
 Brandenburgensis sc; et Havelbergensis: Lomerniae Duci  
 unus, Camiensis sc; ceserunt. Paulo post iur item Episco-  
 patus Metensis, Tullensis et Virodunensis cum suis terri-  
 torijs in potestatem Regum Galliae peruenere, nupera  
 iton per instrumentum pacis Regno Galliae pactione in  
 Regni Gallici successione translati sunt, quod quarto  
 loco notari meretur. Quinto per Philippum II. Regem  
 Hispaniae in omnibus Provinciis Belgicae sibi subditis nova  
 plane Hierarchia facta institutione Episcopatus Ultraiectionis  
 Colonienfis subductus, et Archiepiscopatus Cameracensis  
 in non omnis est absorptus. Sexto deniq; nuperrima  
 cum Regno Suae interq; ipsos Germaniae Principes  
 Onabruga facta pace quidam Archiepiscopatus et Episco-  
 patus ex ordine Principatum Ecclesiasticorum in seculares  
 Station transierunt, et iure hereditario partim Regno Suae

partim alijs Principibus transcripti. Hac ratione Archiepiscopus  
patus Sverinensis & Ratiburgensis Magdeburgensis cum  
Episcopatu Verdensi, Halberstadiensis et Mindensi, Elector  
Brandenburgensis: Archiepiscopus Bremensis cum  
Episcopatu Verdensi Regi ac Regno Suecia: Episco-  
patus Sverinensis & Ratiburgensis Ducibus Meclenburgicis  
ceserunt. Porro inter suffraganeos Bremensis Episcopatus  
numeratus quidem etiam fuit Episcopus Schlerwicensis  
nunquam tamen iam ab aliquot seculis inter Episcopos Ger-  
mania fuit numeratus, prout reapse omne illud territorium  
Schlerwicense est pars Regni Danici.

S. 5. Prelatorum seu Abbatum in Germania di-  
plex est summa differentia. Alij enim immediatè sub Caesaris  
& Imperij iurisdictione sunt, alij vero membra sunt Du-  
catuum & Principum. Riores in universum dicuntur Episcopi  
Illi, habentq locum in comitijs Imperij. Sunt autem illi ite-  
dem in duplici differentia; alij enim ad Principum ordines  
pertinent, dicunturq Episcopi Iurisdictione; alij vero in Comitibus  
et fere tri sunt dignitate, quia Comites inter seculares. Quae  
Abbatum vero differentia, idem quoque discrimen est Abbatibus sa-  
cramentalibus, nam etiam harum nonnulla sunt in numero Imp. ordinum  
imò et inter Principes solent numerari.

S. 6. Hodie constitutionibus etc: Haec quidem tradit Lan-  
cellerius, et si quid iura canonica communia Pontificum  
spectet, habet sese ita res, verum praxis ipsa multum

dis sentit, etiam hodie in Regnis Pontifici addictis, quæ  
sunt Regna Hispania, Gallia Regnum, Bohemia, Sicilia,  
Neapolitanum, et reliqua penè omnis pars Italia. Nec n. in  
omnibus hisce terris illius ferè Electioni est locus, adeo nec  
constitutioni s. Regibus s. ipsi Rege s. Principibus constituta  
Episcoporum liberam facta potestate. Porro à tempo  
re usq. Caroli M. ad Henricum usq. IV. omnium Episcopo  
rum constitutiones maxima ex parte fuerunt iuris Legij  
imperialis, si qu. verò Electio haberetur locum, erat iur.  
illud pene omnes, qui ad Diocesim Episcopalem pertinebant  
atq. adeo et pene omnem populum. Primum Gregorius VII.  
Papa antiquo huic Legum iuri sese opponens, vitij et impie  
tatis omnem illorum Episcoporum constitutionem ausus est  
damnare, unde orta ingentia bella, et mala innumera, quæ  
omnem Rempublicam non tantum concusserunt, verum plene  
eventerunt. Et verò tandem coactus fuit filius Henrici IV.  
et successor Henricus V. amplissimo illi, et quo uno adhuc  
stabat regia dignitas, iuri renunciare. Ex eo igitur in Ger  
mania sola iterum electione Episcopi constitui cœperunt,  
eligendi tamen potestate initio seculi 13. retracta ad solos  
Canonicos, qui appellabuntur Cathedralium Ecclesiarum, reli  
quo omni populo excluso. Cæterum fracta Imperato  
rum potestate, erexit se magis magisque Pontificum Rom.  
Dominatus, qui proinde sensim varijs modis eligendi

occasio unde nata

Concordata germania.

illud ius frangere, et per reservationes et provisiones, quas appellant facultatem constituendorum Episcoporum, non omnem ad se pertraxerunt. Cum vero inde in omnium rerum nata esset perturbatio, nec tyrannidem Pontificum cum ferre possent aequo animo Ecclesiastici Germania, quae rebellionem hinc exorta, eo tantum evectum est, ut in vita coacta fuerit Romana curia in certas leges cum Germania natione pacisci. Factum illud est seculo 15. cum Nicolaus V. pontifex illud accepit nomen Concordatorum cum natione Germanica. Morem vero primum observans Romana curia nunquam hactenus concordatorum illorum vim observavit, eoque a temporibus usque Caroli V. Capitulationibus omnibus Caesaris, hoc quoque insertum est, quoniam Romae vis fiat concordatis nationis Germaniae: videat Caesar, atque det operam, ne quid detrimenti accipiant Ecclesiae et Imperii iura. Merito tunc legi elegans liber de istis concordatis, Roma primum, mox Colonia recusus Georgii Brandenici. Si extipias vero quae vitio fiunt adversus Concordata illa, verum est, quod auctor ex Cancellato refert, constitui hodie Episcopos Germaniae vel Electione, vel Postulatione. Interim tamen hodie hoc sibi iuris tamen credit datum Romae Pontifici, ut extra ordinem, si iuri suo conveniens electio vel postulatio institui nequeat, ipse pro liberrimo arbitratu Episcopatus possit alienare. Et vero

suo iure usq[ue] nuperrimo bello civili Germ: Archiepiscopa  
 um Magdeburgensem et Bremensem, Episcopatum item Halber  
 stadensem et Verdenensem contulit Leopoldo Wilhelmo, Archiduci  
 Austriae, Ferdinando II. lat[er]i filio per Germaniam victoris filio.  
 Plenus de omni ratione constitutionis Episcoporum Germ: acton  
 est singulari, de argumento isthoc, Exercitatione, quam me  
 Praefide, ante novem annos disputandum hic proposuit Henrico  
 Julius Shuifer.

S. 8. Is mos est juris Canonici S. Pontificis Rom: ut  
 maxime salutaribus legibus, vim omnem per aliam  
 Legem s. dispensationem adimat; effi igitur summe in  
 Ecclesia, ut non nisi maxime idonei ad Episcopalem  
 dignitatem eleventur, cauctum sanien est J. Canonico, alijsq[ue]  
 legibus, ne illa priores observentur. Quale quid in omni  
 antiqua Ecclesia, rebus bene constitutis, nunquam fuit auditum.  
 Quod igitur novam illam constituendam Episcoporum consti  
 tutionem, noluerit electionis, sed postulationis titulo, appellare  
 id vere factum esse tm, ut inanis exercitatio quaedam, haud  
 deesset, illi, a sanctis moribus Ecclesiae antiquae, factae defecti  
 oni manifestum est.

S. 9. Per superiorem intelligitur Rom: Papa: Hic enim  
 iure Pontificis perhibetur supremus Dng omnium Episcoporum,  
 et Sacrorum honorum - Eoq[ue] secundum ius Canonicum, postulatio  
 omnis, debet institui ap[ud] Rom: Pontificem.



§. 10. Quo tempore hæc commentabatur Auctor, erat in  
adhuc controversia, num aliquis protestantium posset Episco-  
pus constitui, nec ne? Hodie penè sublata è medio contro-  
versia illa, tunc omnes Archiepiscopatus et Episcopatus, quos  
hactenus tenuerunt, Protestantes, effecti sunt hereditarij Prin-  
cipatus, excepto uno Principatu Lubecensi, à reliquis vero  
Principatibus omnibus, protestantes sunt exclusi; verisimili-  
tamen est, quod huc Auctor noster disputat, Imperium Germa-  
nicum, non esse omni ex parte sui juris, si omnes Episcopi  
et Archiepiscopi, et prelati dependant à Rom: Pontifice.  
Nec tamen negari potest, iam ab aliquot seculis eam esse  
vim et auctoritatem Pontificis per Imperium Germ, ut ille  
semper ab omnibus fuerit agnitus summus Dñs uniuersi  
Cleri Germanici, saltem ratione Personalium; idem porro  
sibi arrogarent summum Imperium omnium bonorum opti-  
morum uniuersi Cleri, etsi in plenam potestatem arrogata  
sibi potestatis nunquam devenirent. Et verò usq adeo est  
notum, Episcopos omnes et Archiepiscopos, Rom: Pontificem  
agnoscere summum Dñm, ut ipsi, iam ab aliquot seculis non  
auderent, se profiteri Episcopos, Dei et Apostolicæ sedis  
gratiã. Archiepiscopi vero pallium suum, quod vocant  
Archiepiscopale, à Rom: Pontifice grandi ære mercari  
sunt coacti.

Ibidem. Henricum etc. Henricus V. inito pacto cum

Papali Papa, renunciavit quidem iuri Caesareo constitutum  
 Episcoporum, non tamen illud ius, Rom. Pontificibus  
 concessit, sed liberam fecit eligendi potestatem ipsi, per eos  
 antehac fuerat potestas eligendi: venim interim illa renunti-  
 atione perdidisse Caesarem, dimidium auctoritatis suae Caesareae.

Ibid. Si vero Pontifex etc: Constat inter omnes Ponti-  
 ficem Rom. arrogare sibi ius in Episcopos, praetextu sui vi-  
 canatus divini; non autem aliquo iure a Caesaribus Rom.  
 dependente, hinc sane non in Imperio Germ. tm Episcopos,  
 sed in omnes plane universi Christiani orbis, summum domi-  
 natum sibi adscribit.

Felices Galliarum Lege etc: Nusquam in universa Europa  
 ubi quidem adhuc superest auctoritas Rom. Pontificis minus  
 ille potest, quam in Regno Francia, frustra incrementibus  
 Lapis in omni eius curia. Quinam sunt limites potestatis  
 Pontificiae, aut potius, quam sit adhuc libertas Ecclesia  
 Gallicana ab illo tyrannico Pontificum dominio, brevi  
 sed eleganti libello complexus est Vir Clariss. Petrus Butherus  
 Opusculo Gallicè conscripto. In illum libellum doctissimum  
 Commentariorum non adeo pridem edidit itidem Gallicè Petrus  
 Butherus, Vir Illustris. Idem, duobus grandinibus Volu-  
 minibus omne hoc argumentum Gallicè, quam accuratissime  
 est persecutus, qui libri eo magis merentur accuratè

legi et expendi, quoniam auctoritate regia in lucem pro-  
diunt, idq; binis iam vicibus.

## AD CAPUT VII.

de

### CIVITATIBUS IMPERIALIBUS.

§. 1. Urbium Imperij Germanici, ratione status quod  
liberi, triplex est in universon differehtia: Alia enim citra  
Controversiam sub sunt Principibus, alia immediate superio-  
rem agnoscunt Caesarem et Remp. Imperij, alia demum  
partim controversi sunt iuris; cuiusmodi hodieq; est  
nobilissimum Germaniae Emponium Hamburgum, partim  
vero nec omni ex parte sub sunt soli Caesari, nec omni-  
tamen etiam ex parte, solis subiciuntur Principibus.  
Quod priores attinet, eorum numerus non adeo magnus.  
Tertij ordinis copia maior est; propterea, quod pleraeq;  
urbium, quae Imperiales appellantur, careant suprema iuris-  
dictione, solum criminali, obnoxia Episcopis aut Prin-  
cipibus, aut alijs quibusdam, nomine Caesaris praetura ista  
(ut ita loquar) fungentibus. Quod tamen sit proprie iuris  
illius Praetorij, haud videtur una definitione commode  
exponi posse, propterea, quod non in omnibus oppidis  
eodem modo sese habeat: meretur vero cum primis  
de hoc argumento legi praetatum Scriptum, nuper

editum, titulo: Historij von dem Herzog Voigt.  
Cuius Auctorem constat esse Danielem Heiderum, virum Germa-  
nicarum rerum peritissimum, Consiliarium Lindaviensem.  
Sicut porro multae urbes Imperiales <sup>varii</sup> et alijs modis, vel iure  
protectionis, vel alia ratione, Principibus item obnoxia atq[ue]  
adeo non omnino sui iuris plane, et soli Caesari subditae.  
Medij Ordinis urbium ingens est multitudo. Ut proinde  
hodie, numero urbium, Germania nostra, nec Italia, nec  
Gallia cedat, et si amplitudine et divitijs sit minor. Constat  
vero ex antiquis Scriptoribus Romanis, ante 1500. annis  
annos, Germaniae nullam fuisse urbem, h. e. nullum oppidum  
munitionem, et si iam tunc parsim, per universam Germaniam  
plurimi vici fuerunt culti. Antiquissima certe urbes, quae  
hodie Germaniae fines comprehendunt, trans Danubium et  
Rhenum in solo Gallico, Retico, et Norico et Pannico  
a Romanis sunt extructae. Germanicae ipsae Gentes ad  
maenia oppidis circumdata, intra 600. annos animam  
appulerunt, ita, ut vix ulla Germanicarum, cis Rhenum  
et Danubium, Urbium, ultra 600. annos fuerint munita,  
imo vero pleraeque earum, intra 400. annos demum munitio  
cingi coeperunt. Fortunam urbium quod attinet, pleraeque  
in universum post annum 1200. et quidem post initia inter  
se mutua foedera, et commercijs et civium frequentia  
et opulencia florere coeperunt. Ante sane seculum 13.

hic satis exigua fuerunt in universum Imperium urbium res  
Resp. porro urbium hodie quidem vel est Aristocratica  
vel Democratica, iidem tamen inter sese modis multis differ-  
rentes, prout et Democratiarum et Aristocratiarum species  
sunt varia, una Norimberga Oligarchiam hodie observat  
Ante hac vero, et quidem cum primis ante seculum. rarissi-  
ma fuit in Germania Democratia, ex adverso quae tum  
quidem erant potentiores Rheno et Danubio proximi  
Oligarchiam, aliae Aristocratiarum observarunt. Facta autem  
denique hac mutatio in Democratiarum, quod numerus plebis  
post annum 1300. et eiusdem opulentia coepit per commer-  
cia et varij generis artificia insignem in modum crescere.  
Ex adverso Oligarchici et optimates minus prudenter se-  
gerent, partim in admittendis passim Collegijs artificum  
quibus ad Democratiam parandam solet aditus patefieri,  
partim in depercutando aërio publico, partim denique in po-  
tenti plebis Dominatu. Observandum tamen est cum omnes  
urbes, etiam quae Imperiales appellantur, non sint sui iuris  
plene quidem, hinc nunquam Aristocratiarum integras, aut Demo-  
cratiarum aut Oligarchiarum repeniri, sed earum tantum speci-  
em, quamvis nonnullae urbes hodie sint ea potentia, ut  
a plena libertate parum absint. Observandum porro et hoc  
est, primos Offones Caesares Episcopis multum iuris in urbibus

Imperiales concessisse, illam tamen potentiam sensim ab  
 Henrico III. IV. & V. ut secutus Caesaribus fractam, postquam  
 enim. esset observatum, interesse Reip. nimiam Episcoporum  
 potentiam circumcidi. Eodem certe consilio Fredericus I.  
 Imperator etiam Principibus constituit nobiliores quasque  
 urbes eripere, et Imperio proxime subicere, hinc  
 enim in Ducatu hoc Saxonia, quae tunc censebantur nobilissima  
 urbes, Libecam, Bardanicam et Brünfrigam Imperio ille pro-  
 xime asseruit Ducatui ereptas. Fecit idem in Bavaria circa  
 Ratisbonam hactenus Bavari Ducatus Metropolim. Quod  
 continet urbes Principibus subditas, et itidem non una illarum  
 differentia, quod nimirum aliae sint melius solum Principum  
 Ratisbonae ad omnia, aliae vero nullis immunitatibus ac pri-  
 vilegijs mactatae, imo non nullae ad eam libertatem erectae,  
 et audeant contendere cum urbibus Imperialibus etiam po-  
 tissimis. Post ad pleniorum cognitionem urbium Germa-  
 nicae parandam facere Christophori Besoldi liber de Ur-  
 bibus Imperialibus, et me praeside habita disputatio de Urbi-  
 bus Imperij, et quicquid huius argumenti collectum est  
 in Gymnasio. Cum primis vero fuerint operae pretium in  
 hunc usum accuratè evolvere urbium quarumvis Chronica,  
 si tamen quae attulerint cognitionem Politicae Doctrinae de  
 Aristocratibus, Democratibus, Oligarchis, ac mixtis Statibus

omnium sc: horum varijs differentijs, mutationibus et consuetudine.

S. 2. Atq; hi sunt. Hi sane sunt præcipui Imperii Germanici ordines, per incuriam tamen ab Actore neglecti sunt duo potentes ordines equestres; Alter Mariæ, qui appellatur, vel Teutonicus; alter S. Johannis. Et quidem prior ille ordo à temporibus Fridenci II. ad Fridencium III. eximia fuit potentia, pariter atq; auctoritate, Prussia omni atq; Livonia non tantum in potestatem suam redacta, verum etiam fortiter defensa et plurimis modis exultata, solis in illum ordinem admisis illis, qui ex nobilitate Germanica erant orti. Verum hæc potentia plurimum decrevit, ex quo ordo ille Prussia omni et Livoniam deinceps Regibus Polonia subycere coactus fuit, imò vero sua omnia ipsi in locis perdidit, in hereditariam versa possessionem. Neq; vero hodie quidem Ordini illi Teutonico quicquam superest, præter bona nonnulla parsim per Germaniam dispersa. Ampla illa quidem, ea tamen ut cum priore fortuna nequeant comparari. Alter ordo Teutonicus sc: sedem magistri sui ex Syria in Rhodum insulam demum in Maltham seu Melitam Insulam transtulit, bona vero tenet plurima, non per Germaniam diuturnat, verum etiam per universam Italian et Galliam, partemq;

Hispania. Coeterum primi quidem Mariani ordinis nomine  
 ipse magnus magister totius ordinis Johannefici, v.g. qui  
 praesidet omnibus per Germaniam dispersis bonis, inter ordi-  
 nes Germaniae solet numerari, atque in Comitibus Imperii ferre  
 suffragium. Coepit vero uterque ordo seculo 13. demum fer-  
 ventibus adhuc bellis sacris, quae recuperanda Palaestina cau-  
 sam viribus universae Orbis Ecclesiae Romanae addicti, ea  
 tempestate adhuc gerebatur. Si usum vero spectes utriusque or-  
 dinis, aut nullus ille est, aut perexiguus. Nec vero Marianus  
 ordo s. leip. s. Ecclesiae, hodie quicquam prodest, alter vero,  
 pugnat quidem Classe perpetua adversus Turcam eiusque asseclos  
 in mediterraneo mari, pro amplitudine tamen bonorum perpessibilis  
 consistat, ut fortassis ex re potius fuerit bona isthaec alios in-  
 sum vertere. Porro etiam nobiles illi, qui immediate Caesari  
 sunt subiecti per Saxoniam, Franconiam atque ad Rhenum, emixe  
 petierunt, sese recipi inter Imperii ordines, ad comitia con-  
 vocandos; causa sane eorum sic satis docte singulari libro Hist.  
 Hippolito Von Ernsbach ante 12. annos pacta est. Et vero  
 iuris iure merito postulatum illorum inito. Haec tamen  
 uere frustra, atque adeo haec sunt extra dignitatem, etiam  
 illam, quae urbibus debetur.

origo.

usq.

Tacitus de moribus Germ. De conventibus antiquorum  
 Germanorum pauca quidem, insignia tamen habet Tacitus



libro de moribus Germanorum c: 11. Omnis vero antiqua  
illa ratio Comitiorum uberius expofita est in Exercitatio-  
nibus de Civibus et urbibus Imperij. Omnia vero illa ex-  
tistentibus apparet sane etiam hodie superesse antiquissima  
illius Reip. Germ. vestigia, etsi in nonnullis nostrae ab antiquo  
aero haud parum sint diversa.

## AD CAPUT IIX.

### COMITIIS<sup>de</sup> IMPERII.

S. 1. Plena perfectaque Comitiorum quoniamcumque ratio in  
tribus consistit, in quibus etiam omnes Comitiorum differen-  
tia vera quidem et essentialiter inveniuntur. Primum est illud  
quod in Comitibus agendum, vel de quo aliquid consultare,  
vel decernere iuris esse Comitiorum. Alterum consistit in  
personis, quae in Comitibus habent facultatem agendi et constituendi.  
Tertium vero positum est in modo coeundi et consultantis  
per Comitiam, prout sane haec tria aliter atque aliter in  
Comitiis sese habent; ita et Comitiorum alia atque alia est diffe-  
rentia. Neg vero haec uno eodemque modo se habere, sed  
aliter atque aliter, et quidem usque adeo, ut omnis Reip. ratio  
atque forma ab illa diversitate multum quoque capiat discrimi-  
nis. Operae pretium sane fuerit, ab antiquis usque temporibus  
repetita memoria, quoniammodum etiam haec sua conventio  
si enim aliorum Germaniae Populorum saltim illorum

107  
... in unum Imperij corpus concreverunt, accuratè indagare  
... describere. Nihil sane ad exactam Reip. peritiã (noti-  
... ) possit esse utilius. Agit vero Autor noster de primo illo  
... partim quidem per capita sequentia, quæ ad secundam alti-  
... ent, protinus ferè capitibus exposuit, ut ita hoc capite  
... a potius tangat, quæ ad tertium pertinent, et quidem factã  
... distinctione inter Comitia universalia et particularia, de pri-  
... mibus primis quatuordecim, de posterioribus reliquis sectioni-  
... us capitis huius pertractat.

§. 2. Definitio suo penè arbitrarij. Antiquissimis Ger-  
... mania moribus quantum etiam ex Tacito liquet, ordinarijs  
... omnijs certi dies erant constituti, per plenilunã aut novi-  
... lunia definiti. Avomani ita tempestate alia ratio definen-  
... tionum temporum deessent rudibus populis, extraordina-  
... ria tamen Comitia habita etiam fuisse, siquid fortu-  
... nitum et subitum incideret, incertis scilicet diebus, ex Francorum  
... historiã patet, tempore etiam Caroli M. Conventionem univer-  
... salium populi celebratam esse, et quidem plenam circa  
... festum Paschatos, nisi grave negotium impediret, et verò  
... hoc ipsum plurimum interest ad temp. Aristocraticæ  
... vel Democraticæ saltem ex parte gubernandam. Quo-  
... rum Comitionum numerus minus est frequens, ut magis  
... suspensur ab Imperantis voluntate, eo nimis cautum

libertati. Observandum obiter est in pacis nuperrimo in  
strumento, quod appellant, articulo 8. Diserte ita cautum  
esse de tempore celebrandorum Comitiorum universalium  
habeantur autem comitia intra 6. menses a dato noti-  
ficatae pacis. Postea vero quoties id publica utilitas  
aut necessitas postulaverit, inde apparet, non esse in  
libertino arbitratu Caesaris positum tempus indica-  
ndorum Comitiorum, et vero eodem instrumento pacis prin-  
cipio ante constitutum jam erat, quae negotia in solis Im-  
perij Comitibus agi et definiti debeant, unde non potest  
non liquere, quandonam publica utilitas aut necessitas  
conventum universalem postulet.

§. 4. Stata die Caesarem. Quotiescunq; sc: ipse  
Caesar Comitibus interest, solet hoc observari. At vero po-  
test etiam Caesar abesse a Comitibus, illaq; factum dirigere  
per suos plenipotentiariorum delegatos, raro quidem id  
fieri solet, propterea quod Caesaris ipsiusmet interfit  
praesentia sua, auctoritatem ipsius, quae ipse expedit defi-  
niri, accommodare. Superiore comprimis seculo Caesarem  
Carolo V. saepius extra Germaniam vivente, ut et ante  
illum Maximiliano I. comitia celebrata sunt ab ipsis, quibus  
plenam tractandi facultatem Caesares concesserant.

§. 6.

§. 6. Jam dudum privilegio Fridenci II. Imperatoris constitutum est, quod Rex Bohemiae non teneatur inter esse Comitibus Imperii, nisi illa vel Mersburgi, vel Bambergae, vel Norimbergae fuerint instituta. Certum porro est ex historia, saltem Comitionum superioris seculi Reges Bohemiae Comitibus Imperii non interfuisse, nisi perquam raro. Coeperunt vero non adeo pridem locum iterum in Comitibus affectare, sed etiam iterum admissi sunt. Facile tamen apparet cum summa Imperii Imperii ordinem conjunctum, si Bohemus admittatur ad consultanda illa et definienda, quibus ipse nolit teneri, ita sane Bohemus fuerit Reip. Imperii ex parte unus ex lex. Quod si tamen quaedam constituenda fuerint, quibus Bohemus non minus atque alij Principes debeant adstringi, iure merito in Electorali Classe facultas suffragandi ipsi est concedenda.

§. 7. Quia curiam. In singulis Classibus viritim feruntur sententiae, ex quibus deinde secundum majorum suffragantium partem una colligitur sententia. Singularum deinde Classium sententiae ita collatae, inter se conferuntur, atque inter Classes, donec in unam

sententiam omnes ordines convenirent. Ivo facta, propo-  
nitur ista sententia ordinum nomine Caesaris, cuius  
eo agitur, donec et Caesar et ordines in unam tandem  
sententiam conveniant. Prudenter vero monet Auctor  
si ordines non conveniant sententiam cum Caesare non  
posse Caesarem ex plenitudine, ut dicunt potestatis quae  
statuere. Tale quid fuit auctor Ferdinandum I. Imperatorem  
in Comitibus Augustanis Anno 1552. idem nonnullorum ordi-  
num consensum, neminem illius temporis remanere peritum  
facile patet. Et vero illam potestatem Caesari concessam  
haberet ille quasi in manibus omnium Comitum  
auctoritatem, atque adeo non nisi ducis gratia comitia  
instituerentur. Recte denique monet Auctor eam de re per  
Baurmeister. Wehner: legendam quod esse Authorem  
libri de Aethonimia, s. Von der Verfassung der  
Reichs, qui ab alijs Franciscus Burchardi Cancellarius  
Coloniensis, ab alijs Andreas Erustenbergius creditur  
certe remanere et consuetudinum Imperii satis peritum  
fuit, et si protestantibus summe iniquus.

§. 8. Vixit tunc. Bene addit Auctor, fere in Clari-  
enim Principum, Comes ac Barones, Praelati item non  
vixit, sed per tribus aut curias tenuit suffragia.

S. 10. Ducum tantum - Ita quidem olim ab aliquot  
 peculis obtinuit, at vero non adeo quidem Wetheranicam  
 Suenicam, constituta sunt tribus, duae Comitum ac Baronum  
 Franconia sc: et Westphalica, ita ut hodie Comitibus ac  
 Baronibus non amplius suffragia duo, sed quatuor competat.

S. 11. Dicuntur istis nominibus duae tribus urbium,  
 facta a potioribus denominatione, hinc Rhenanica tribus  
 accensentur omnes quoque per Westphalam, Thuringiam  
 ac Saxoniam sparsae Imperiales urbes.

Leucenus s. Chronic. Quae Leucenus s. Chronic. Can  
 onis disserit de Rep. Imperij Germanici, videntur saltem  
 magnam partem debere Georgio Sigismundo Sellio, qui  
 Procancelarium egit Imperij, temporibus Caroli V. et Fer  
 dinandi I. magna prudentia pariter et doctrina laudis.  
 Id sane haud immerito collegens ex praefatione ad  
 Lectorem librum istum s.

Quicquid olim fuerit: Nescio an possit firmiter pro  
 vari ante tempora Sigismundi Caesaris urbibus liberis Impe  
 rialibus locum fuisse in suffragiis ferendis per comitia Imperij.  
 Nec vero quicquam huc facit, quod a Eichmanno et alijs  
 adducitur exemplum Italicanum urbium Conditionis illius,  
 spem obtinuerunt iam tum tempore Friderici I. Non autem

Italicarum et Germanicarum urbium parvondam con-  
ditio fuit, sed multum dissimilis. Quicquid vero sit ab  
etate Sigismundi, atq; adeo jam per 250. circiter an-  
nos locum ipse fuisse in Comitibus, certum est. Facile  
quoque ex actis Comitionum constat, suffragia urbes habuisse  
in sua curia, non minus atq; Principes. Et vero fuit  
illa etate urbium potentia plerumq; Principibus, par multum  
etiam superior, etate vero demum Caroli V. de auctoritate  
ista suffragii inter Principes et urbes orta est contentio  
nec potuit illa quidem hactenus decidi, nunc urbium nunc  
Principum auctoritate prevalente, donec per instrumentum  
pacis Artic. 8. ita constitutum est: tam in universalibus  
quam particularibus conventibus Imperii, liberis Imperii civi-  
tatibus non minus quam caeteris Statibus Imperii competat  
votum decisivum. Etsi vero nonnulli ne sic quidem accipere  
escant; quoniam tamen instrumentum illud pacis in leges Im-  
perii fundamentales receptum est, fortassis cum injuria  
conjuncta est, si quae superest controversia.

De jure duplicis voti. Bene disputat Auctor feri sane  
urbes Imperiales, curiam ferunt suffragium unum, quod  
secundum L. equiparari debet, suffragio Curiae Principum  
donec aliter hac de re constituitur. Rorhit tamen tandem

constitui, ut omnes urbes in curia Principum eo modo ferant  
 duo suffragia, aut plura tributim, quemadmodum id Comites  
 faciunt atq. Pralati.

Si non obstringunt. Merito hoc argumento tanquam potissimo  
 ictur hitor. Qui subscribunt enim, ad id faciunt testimonium,  
 aut vero, ut partes Contrahentes, jam vero urbes Imperiales  
 non aliter decretis conditionum solent subscribere, quam sit a  
 Principibus, nunquam sane legas subscripsisse urbes tanquam in  
 testimonium. Ceterum observandum est, serius usum cepisse  
 ut ipse urbes decretis subscriperint. Et vero in univrsum  
 ratio subscribendi multum fuit, varia etiam inter 200. annos,  
 quemadmodum ducet ex ijs, qua notavit Paulus Matthias  
 Wehnerus in observationibus practico voce Synodus p. 68.  
 postquam a. et seq. tempore Sigismundi videntur recepte  
 urbes Imperiales ad comitia, quod vehementer illis blanditus  
 Caesar, potentiaq. earum maxima esset. Agebatur autem  
 tunc primum in Comitibus de pecunia conferenda in commune  
 ad Hungaricum et Turcicum bellum. De conferenda pecunia  
 jam ante Sigismundi tempora fuisse actum, ex antiquis  
 monumentis vix constat. Sunt autem urbes tum recepte  
 ad comitia Principibus haud fortasse invitis, quod illi forent  
 urbes, ne obulum collaturas, nisi in comitijs ad suffragia



ferenda admitterentur. Soli vero Principes sumibus illis  
ferendis pares non essent.

§. 13. Liquidissimum est. Non posse appellari à Caesare  
ad comitia, nec ab ordinum sententia ad Caesarem ut praesens  
Imperij decreto aliquid obtineatur, facile apparet, nec enim  
altera pars altera est superior in Comitibus quidem: appellatio  
enim fit omnis ad superiorem. Tantum itaque potest ab una  
parte ad alteram fieri, ut ita dicam, rogatio quaedam, ut  
nempe una pars apud alteram quasi intercedat.

§. 14. Ex quo Bodinus. Bodini error duplex est,  
Primum quod existimaverit, omnem temp. esse simplicem et  
compositionem non admittere, quo nihil facilius, praesertim  
cum hodie testetur fere universa Europa, saltem plerumque  
Resp. mixtas esse. Alter vero error in eo versatur, quod  
existimaverit Bodinus, statum Imperij nostri esse mere Aristocra-  
ticiam. Et si enim negari nequeat, comitia si videas, et  
rerum ipsarum agendam vim et auctoritatem temp. mere Aristocra-  
tice administrari. Quoniam tamen Caesar multa facit  
per universum Imperium, quae ad definitionem Comitiorum  
proprie non attinent, facile apparet Imperium nostrum Germaniae  
esse Respubl. mixtam ex Principatu et Statu Aristocratico.

§. 15. Ex plenitudine potestatis. Haec formula videtur accepta

ab exemplo Pontificum Rom. qui eadem ex plenitudine potestatis  
 multa sese decernere solent profiteri. Bene vero monet Wehney  
 loc. cit. d. quod si vero Imperator licet passim utatur in R. F.  
 clausula illa, ex plenitudine potestatis h. e. Van Compter Dy,  
 Schulze, Schaff und Maist, perpetuo in. ex omnino  
 longissimi temporis usu nisi accedente deserto vel universon  
 vel magis eorundem partis, non ex personarum vel statuum  
 singulorum, sed classium numero, claudo, sola auctoritate  
 Casarea, exceptis quae ad iura regalia pertinent, Imperator  
 statuere nihil potest. Haec ille: habet vero et eadem Laur,  
 meistenus de iurisdictione lib. 1. c. 4. et lib. 2. c. 2.

§. 18. In Comitibus primum Augustanis. Vix dubitari  
 potest, ante etiam illud tempus in Imperio nostro obtinuisse,  
 ut interdum ex omnibus ordinibus selecti aut deputati de non  
 nullis sibi commissis negotiis egerint, fieri enim non potuit,  
 ut in omnibus ordinibus Comitibus omnia fuerint expedita,  
 eorum non potuit non saltem aliquid committi deputatis expedi  
 endum. Caeterum non supersunt monumenta Imperij, quae  
 res in publico actas exacte narraverint, eorum siquidem velimus  
 constitutiones illas Imperij, quae post tempora Friderici III.  
 unum in codicem Der Rüge Zehfunde velimus consulere, cer  
 tum est in iis quidem deputatum Imperij ordinum con  
 ventus vix fieri mentionem ante annum 55. seculi superioris.

Uti causa. Ex comitijs illis Imperij apparet duabus  
de causis institutos esse conventus deputatorum. Prima est  
ut deciderentur negotia illa, quae in universalibus illis comitijs  
expediti nequiverunt. Secunda ut negotia circulatorum Im-  
perij, qui dicuntur per dispersionem enata componantur. Ratio  
autem posteriorum ob causam tales conventus instituuntur,  
priori vero de causa frequentius.

Cui Caesaris. Est nimirum Magister Cancellarius,  
ac proinde amplissimi illius muneris nomine fungitur offi-  
cio convocandi deputatos.

S. 19. Quantum liquet ex decretis Comitionum Im-  
perij initio quidem Anno n. m. 55. deputati non nisi ad breve  
tempus sunt ex ordinum numero secuti. No. v. 59. heredi-  
tariam quasi factum hoc fuit. Coetorum proximis Comitijs  
Latisbonensibus etiam illi ordini alij Principum adiecti sunt  
cum ex constitutione illorum comitionum et manifestum. Tante  
vero apparet plurimum juris ac dignitatis accrevisse ordi-  
nibus illis, qui jam hereditario quasi iure Imperij omnium or-  
dinum deputatoria dignitate fruuntur. De Conventu Deputa-  
torum, omnibus illis pertinentibus sufficit legisse quae habet  
Tobias Laurmeisterus lib. 2. de Hist. c. 2. n. 57. Laubius  
Matthias Wehnerus in observat. pract. verbo deputatione  
v. violatione, deputatione.

§. 21. Visitatores Camere. De visitatione Camere  
 placida cum primis habet Denaisius in iure Camerali verbo  
 Visitatio. Quamprimum vero constitutum sit, ut potantur  
 illi in Camera negotia inquirant, iamdiu tamen hoc ne  
 neglectum fuit summo Germania malo, idq. propterea maxime  
 quod inter hos deputatos essent Archiepiscopi et Episcopi,  
 qui tamen quod essent Augustanae Confessionis addicti, ritio  
 et contra leges creati, crediti, ac proinde a Pontificia parte  
 ordinum tanquam idonei rejecti sunt. Observandum obiter  
 visitationem iudicij aulici Caesaris non varijs Principibus  
 sed uni Archiepiscopo Moguntino tanquam Imperij Cancellario  
 in tabulis nuperrima pacis attributam esse, nec hodie post  
 constitutam illam pacem de idoneis visitationibus Camere  
 vitem aliquam superesse.

§. 22. Eligendis Caesaribus. Ex A. B. Caroli IV. haud  
 difficulter colligere est concessam Electoribus potestatem conventus  
 etiam a Caesare non indictos celebrare, non tñ de Electione  
 Caesarum, verum etiam de alijs magnis Imperij negotijs. Caro  
 tamen de illis qd. negotijs Electorales conventus sunt instituti,  
 donec demum Ferdinandus II. Caesar, vim penè omnem Coni-  
 fionem universalem ad conventus hosce Electorales studuit  
 transferre. Et verò id si fiat, resp. Imperij, quae ex Aristocra-  
 tico et Regio Statu mixta est, constitueretur non amplius "

aristocratico sed oligarchico statu, quon deinde in statu  
fuit monarchicum mutare, omni institutione e medio sub-  
lata, non multum difficile fuerit. Ceterum haud dubitandi  
Comitionum universalium par artic: 8. Instrum. pac. iterum  
nuper sic satis est cautum, ita ut hodie quidem de ma-  
gnis negotiis Electorali Collegio non liceat quicquam decer-  
nere, etsi praeconsultare ipsis de talibus negotiis haud  
sit ventum.

§ 23. Distributio illa Imperii celebris in circulos,  
quos appellant s. potius regiones cepit superioris seculi  
a. 1520. Ita tamen, ut plene demum constituta fuerit annis  
proximis duobus sequentibus. Licet tamen vestigia distri-  
butionis alicuius in regiones aliquot iam deprehendere in  
antiquissimis Imperii monumentis. Ceterum post tempora  
Fridenici II. Casaris, cum univsum Imperium pene  
in monarchiam abiit, fuit etiam inter Principes ordinesq.  
regionum nulla amplius fuit una, nulla societas. Quod  
ipsum fuisse conjunctum cum summo Reip. damno, et res  
ipsa facile quomodo docet, utpote cum nulla Resp.  
salva esse possit, nisi inter ordines aut cives firma  
societas observetur: multo magis vero id liquet ex  
historia rerum Germanicarum, a temporibus usq. tri-

denici II. ad secula superioris initia usq. deducta.  
 Prudenter itaq. et magis Germania bono cautum est cu-  
 rante Maximiliano I. et Carolo V. Caesaribus de restitui-  
 enda iterum veteris Imperij Corporis compage. Quod  
 si omni ex parte communis Reip. autoritas potuisset  
 restitui, atq. adeo in veri unum corpus universon Im-  
 perium coalescere, fortassis illa in decem circulos distri-  
 butio rectius potuisset omitti. In universon enim omnis  
 divisio, quod fieri licet ordinem unius Reip. solent saepe  
 occasionem dare multis disidijs et controversijs, et  
 tamen hac in circulos distributio ad expedienda publi-  
 ca negotia instituta est. Verum enim vero illa fuit  
 Imperij corporis dissolutio et usq. adeo Reip. autoritas  
 erat collapsa, ut in veri unum corpus iterum redigere  
 fuerit penè impossibile. Ac proinde illa distributio  
 in circulos partim necessitate expressa est, partim  
 vero instituta in commodi publici maximi causa.

Quo vero status. Potest hoc ex parte peti ex ipsa  
 declaratione aut constitutione pacis publica facta Nonim-  
 berga a. 1522. Merentior vero de conventibus regio-  
 num aut circulorum, quae appellantur, tradit Laurmeister

ut et Wehnenus accurate legi atq; expendi. Scorsim  
quod attinet conventus circuli Saxonie inferioris  
suis dirigendi omnia est penes Magdeburgensem et Bre-  
menensem alternatim, ita vero ut Ducibus Brunsvicensibus  
competat ius perpetuum dirigendi. Nec facile quis  
alius, quam ex familia illa Ducum Brunsvicensium  
ortus solet rei militari univ[er]sa[rum] regionis profici.

Quia quondam maiestatis similitudinem. Ita quidem  
sepe res habet majori ex parte, nec enim illa, quae per-  
tinet ad negotia univ[er]si Imperii, licet aliter in con-  
ventibus regionum constituerent, quam et consensu  
Imperii publicis legibus. Quod si in scorsim regionem  
alicui imminet quicquam mali, neq; ab univ[er]so Impe-  
rii corpore remedium facile sperari expectari, haud du-  
bit licet singulis regionibus prospicere rebus suis atq;  
adeo hoc agere, ne quid detrimenti illa capiant, quo  
ipso maiestatis aliquid exoritur certum est.

#### AD CAPUT IX.

#### de CIVIBUS IMPERII.

Quae primis quinque sectionibus traduntur, pertinent  
proprie magis ad doctrinam de Imperio Romano re-  
re: quod quinta sectione docetur, ad doctrinam de

summa potestate cuiuslibet Reip. spectat, utpote cum  
in univ<sup>er</sup>sum de omni Reip. quari possit et soleat, quanta  
sit vis, quantumq. civilis curusq. societatis in bona pri  
vatorum civium. Itaq. hac quidem omnia aliena sunt  
a doctrina de Reip. Imperij Romano Germanici.

D. 1. Neq. reapse possedis<sup>se</sup> Romanos veteres etiam  
florentissimis rebus univ<sup>er</sup>sum ferrarum orbem, sed tantum  
optimam et pulcherrimam eius partem, q. Europam  
Asiam et Africanam, atq. adeo non nisi per auzebiv  
s. in sacris literis, s. in ipsis Romanis atq. Imperatori  
bus dominium ferrarum orbis Romano Imperio adscrip<sup>ti</sup>  
esse, neq. ullum aliquod jus fuisse Romanis ad univ<sup>er</sup>  
sum ferrarum orbem occupandum liquido monstravit  
Capitibus prioribus lib. de Germ. Imp. Rom. Quod porro  
ad Legem Rhodianam de jactu l. 9. scribitur: asseruisse  
Imperatorem Antonium id fortassis merito quis in dubi  
um vocaverit, ita enim fertur locutus Imperator q.  
terre quidem non vero maris sit Dominus, quo tamen  
nihil dictu est absurdius, utpote cum Imperator certe  
Romanus illa tempestate non minus maris mediterranei  
quo de sermo erat, quam adjacentium undiq. terrarum



dominūm tenuerit. Quod de Hispanonū Imperio dī-  
perūm id est, si ad solam amplitudinē terrarū  
velit attendere, non verō ad populos et eorū vires,  
hāc sane ratione multūm Hispanico Imperio hodiernū  
prævaluit vetus Romanū.

§. 2. Perperam Auctor noster eſi commūnem penē  
ſententiā vulgi ſit ſecutus, aſſerit Dom: ratiōniā adūm-  
brari quodammodo Vellei Paterculi illo dicto: utiq; enim  
etate iſthāc Danielis Imperiū Aſſyriorū totūm iam inter-  
ierat, partemq; eiū aliquam Babylonū occupabant, de quoniam  
Imperio apud Velleiū alium tamen eſt ſilentium. Certū  
proprie inſpectanti Danielis librūm, hāud diſſiciliter appa-  
rebit, ſomnium quidem Nabūchodonosori proprie pertinere  
ad ſtatūm populi Babylonicū ūq; ad Chriſti aduentū  
in carnem: quæ vidit verō Daniel quatuor iſtis monſtro-  
ſis animalibus adūbrata, illa iſdem quæ maxime perti-  
nere ad Imperia illa, quibus populus Iudaicus ſubijci  
debit iſdem ūq; ad tempora Salvatoris noſtri. Et  
verō Romanū quidem vaſtum illud Imperiū vetus  
iam cluſum interijt, non niſi ſemē hodieq; ſuperſtiti  
nominiſ illiū ūmbra. At verō vaſta profecto Imperia  
ſuerunt concedente Romano Imperio per Aſiam, Aſſia

et magnam Europe partem Saracenorum, nullâ ratione cedens Imperijs s. Assyriorum s. Medorum s. Persarum s. Macedonum; fidem per omnem Asiam latissime quondam dominati sunt Tartari. In Europa tempore Caroli M. amplissimum quog fuit Francorum Regnum, non Assyrijs, non Medis, non Persis minus; hodieq Turca utiq anplitudine Imperij gentibus illis nulla item ratione concedunt et saltem Philippus II. Rex Hispaniarum Imperij amplitudine non fuit inferior Regibus Persarum ac Medorum, aut ipso etiam Alexandro M. Certè quæ vulgò feruntur de non nisi quatuor futuris vastis Imperijs seu Monarchijs, quæ appellant, fabulis similia sunt, quàm ut aliquid ex verò trahant.

S. 5. Eius quod sectione quinta disputatur, hic est sensus: An summa potestas cuiuslibet Reip. habeat aliquod dominium in bona privatorum. Et multi quidem summa potestati non aliud ius concedunt, quam iurisdictionis circa lites de bonis privatorum enatas, et fidelam summam. Verum enim verò, ut rectè animadvertit Auctor, longè aliter sese res habet; Quoniam enim omnis societas civilis perfecta in id instituta est, ut socijs omnibus civilis felicitas possit obtingere, necessario quæcunq sunt sociorum communi

illi fini obtinendo adstringuntur. Itaque cum finis ille ob  
finem nequeat, nisi etiam bona privatorum ad communem  
utilitatem creant administrari et impendi ab eo, penes  
quem est summa potestas, facile apparet, summae potestati  
ratione scopi communis lenius competere sua dominij in  
omnia privatorum bona, non quidem plenum, tantum  
tamen quantum ad omnem utilitatem obtinendam neces-  
sario requiritur. Perinde scilicet atque hactenus summa po-  
testas dominium quoque habet in vitam civium, atque adeo  
multo magis in corpora subditorum. Non obstat vero hoc  
dominij genus Dominio singulorum in bona sua, utpote  
cum nemo, qui civilis societatis est particeps, plenum  
obtineat bonorum suorum dominium, sed illud solum quod  
toti societati eiusque commodis non est adstrictum. At pro-  
inde constituto dominio singulorum simul et summae po-  
testatis in bona privatorum non fuit unius eiusdem re-  
diti in solidum Domini, sed tantum ex parte, quantum al-  
tera alteri est subordinata.

§. 6. Quae hodie perhincant Provincia ad tem-  
porum Imperij Germanici, late a nobis disputatum est  
in opere de finibus Imperij. Obiter advertendum est  
illam Germania Thuaneam descriptionem esse quidem  
hic satis

116  
sic satis elegantem, non tamen necis suis caret, quem  
admodum in opere etiam de finibus ostendimus."

## AD CAPUT X.

OBIECTO REIPUBLICÆ, SEU REBUS  
in quibus Imperij potestas occupatur.

Quemadmodum summa potestas Imperij circa res sa-  
cras sese habet, cap. 11. et 12. quemadmodum vero circa  
res profanas sit occupata, agitur cap. seqq. usq. ad 21.  
Et quidem quoniam, ut Auctor monet sect. 3. profane  
res vel sunt civiles vel bellicae, de illis docetur cap. 13.  
et seqq. usq. ad 19. De his vero agitur cap. 19. et 20.  
iusta rationem ordinis ab Auctore sic satis accuratè  
observationem esse appareat.

## AD CAPUT XI.

JURE SACRORUM, ET JURE RE-  
ligionis.

§ 3. Ad Institutionem sacrorum pertinent quae rerum  
sacrarum debita ordinatio. Utpote cum non possint con-  
mode in Rep. sacra institui, nisi etiam adsint suffici-  
entia bona, id quod tum ipsa docet recta ratio, tum usus  
omnium lenium. nec enim ulla reperitur, quae careat

bonis sacris. Et verò nisi et prospectum fuerit satis  
cultui sacro de bonis, et nisi illa commode in usum sacro-  
rum administrantur, resp. multum profecto laborat. Et  
verò Auctor h. l. bonorum nullam fecerit mentionem, atque  
illo ipso capite utilem illam doctrinam haud omnino ne-  
glectit. Agit enim de institutione quidem cultus, aut po-  
tius de iure instituendi, quos penes sit in Lepubl. Imperij  
usq. ad §. 24. De iure constituendi personas sacris culti-  
bus dicatas, agit porro usq. ad §. 28. de bonorum iure  
administrandorum iure agit deinceps usq. ad finem capitis.

§. 4. Auctor rectè docet institutionem cultus divini  
consistere in ordinatione LL. et ceremoniarum, secundum  
quas institui debeat divinus cultus. Et verò Religio con-  
sistit in factum LL. et ceremoniarum observatione. Ius  
sacris institutionis competere summae potestati civili in  
qualibet Rep. quoniam tale quid exigit ipsa Reip. salus,  
non nisi in tantum fn. vel certe in tantum, quam maxime  
in quantum cultus divinus facit ad civilem felicitatem  
non verò illam aeternam obtinendam, ad partem primam  
et simul fuisse in disputatione de maiestatis civilis auctori-  
tate circa sacra est demonstratum. Quod attinet verò

Imperium Germanicum, primas Francorum Reges, posteaquam Christiano cultui dederunt nomen, Caesarum Romanorum secutus Exemplum, jus illud sibi arrogasse et usurpasse certum est. Florente porro Francorum Imperio, Carolus M. et Ludovicum Primum in illam curam studiose incubuisse, cum aliunde, sum quam maxime ex Libris Capitulorum utriusque illius Caesaris et filiorum Ludovici collectis ab Angelo et Petro Litho, aliisque editis et manifestum. Coeterum post illa tempora decrevit illa curatio sensim et invaluit paulatim Romanorum Pontificum auctoritas, ita ut Legibus et Libris jus instituendi cultus divinos paulatim perierit, contra vero illud sit devolutum ad Rom. Pontificem, et Episcopos, idque non quod illi essent membra Reip. sed quasi tota hac curatio jure divino solis illis competat, ad Rom. autem non pertineat. Certe omne illud jus insolidum tandem Reip. est ereptum aetate Henrici IV. Imperatoris, archiepiscopi Gregorii VII. Papa, nova et nunquam audita superstitione in orbem introducta, quo ipse proinde magnam partem summae potestatis partem, atque adeo rem divulsam fuisse, apertum est. Obstitit vero haec Pontificum inducta superstitio usque ad tempora Lithi, tunc demum enim vetus est

vera doctrina de iuribus summa potestati civili cuius  
in ipsum cultum, personas, item et res sacras competen-  
tibus iterum in lucem revocata est.

§. 5. Quia acta sunt et gesta in Imperio Germanico  
post exortum Lutherum, quam optime potest peti ex Joh.  
Sleidani diligentissimi et optime fidei, quicquid non  
nulli calumniantur, Commentarijs de statu Religionis et  
Reip. perinde ut quae in ipso concilio Tridentino sunt  
gesta, luculenter discuntur ex historia Concilij Tridentini,  
quae Petri Spavi Loloni nomine est edita. Verè tamen  
conscripserat à Paulo Sarpaveneto Theologo et Monacho  
Ordine Serroniorum, utrumq; sane opus est incomparabile.

§. 6. Cum Principes Imperij seculares non sint  
Monarchae, sed tantum revera Magistratus, qui proinde  
non aliud ius habent regenda Reip. quam quod illis est  
à summa potestate commissum, non potuerunt Principes illi  
vi alicuius summae potestatis ius sacrorum, quo carebant  
sibi petere, etiamsi universum Imperium tanq. libera Reip.  
iure optimo id exigere potuit. Verum cum Principibus  
alijsq; ordinibus fuerit negata omnis Ecclesiae emendatio  
quam quasi imperabat ius naturae, pariter ac divinum, sum-  
mo iure potuerunt Principes, imò debuerunt saltem illam emen-

118  
dationem ipsimet instituere, negatum autem ijs hoc est Pon-  
tifici & Episcopis, quibus haec curatio non nisi iure posi-  
tivo haecenus fuerit commissa, imò verò cum omnem illam  
curacionem emendanda Ecclesia & Pontifex & Episcopi  
respuerint, et tamen Reipubl. ac Ecclesia pariter intereset,  
ut nonnulli auctoritate aliqua valentes, hanc sibi caperent,  
exegit ipsa salus Reip. et necessitas, ut Princeps illi hanc  
curam subirent, perinde sc: atq; in omni Rep. prout erigit  
salus iura pristina necessario mutationem subeunt, et quae  
positivis LL. huic aut illi erant demandata, illa neces-  
sario ac proinde summo iure ad alios devolvuntur. Obser-  
vandum verò est, non simpliciter LL. Imperij permisum  
esse Principibus liberum arbitrium instituendi divini  
cultus, sed restringi illud ipsum ius ad solam doctrinam  
religionis Pontificia, et quae Augustana confessione tradit,  
quae res controversiam deinde movit ijs, qui reformatam,  
quam appellant, religionem amplectantur. Hisce quidem prae-  
fendentibus sese ad societatem Augustanam confessionem  
profitentium pertinere. Pontificis verò & multis alijs Au-  
gustanae Confessionis addictis id ipsum negantibus. Et verò  
haecenus hic illa mansit indecisa, etsi utriusq; res magnis



fuēnt Auctōribus agitata, certi etiā in pacis quod vo-  
cant Osabrūgenſi Inſtrumento recepta quidem inter partes  
religioſas eſt et illa, quæ reformatum cultum amplectatur,  
non tamen Auguſtanæ Confeſſionis ſocietati adiungitur,  
ſed ſeparim hanc libertatem ſibi quaſi de novo acqui-  
ſiſit. Meretur verò hoc argumento cum primis legi  
qui et ſuſte pariter et doctè de argumento hoc diſſeruit  
Joh. Grotius, Theodoruſ Haſſiacuſ Caſſelaniſ.

Ad Comitia. Superiōri ſeculo ab exordio uſq̄ pro-  
pagate melioris doctrinæ per Lutherum in varijs co-  
mitijs multa ſunt de religione conſtituta, quam maxime  
tamen ius inſtituendi divini cultuſ Ordiniſ datum  
eſt, et plūrima alia de omni hoc negotio conſtituta, pri-  
mum quidem aō ſuperiōri ſz. tranſactione Paſſarior  
ſi, et in Comitijs Auguſtanis aō 56. acta omnia, quæ  
hūc pertinent, ſtudioſè collegit, atq̄ uno volumine  
publicavit Chriſtoph. Leh. q̄ proinde legi et expendi  
cum primis meretur. Cæterum nec ſic quidem omnino  
diſſidia quieverunt, cum primis circa interpretationem  
LL. publicanum, hāud paucis modis controverſijs, quæ  
 tandem hoc effecere, ut in varia ſcedera, cum primis  
illud, quod ſacro Lige nomine, et alterum q̄ correſpondit

119  
fide, aut unionis titulo inclinarunt, animi ordinem fuere  
distracti, prevalente vero parte Pontificia ad huius seculi 29.  
Caesar Ferdinandus II. non dubitavit pretextu auctori-  
tatis suae Caesareae plenè controversias omnes secundum  
Pontificios decidere, et publice promulgato edicto, quam  
plurima nuper dudum à Protestantibus occupata, Pontificijs  
reddere. Imò vero eodem tempore haud verecundati  
sunt Jesuitae, cum primis varijs editis libellis, cum primis  
autem illi grandiori illo opere de compensatione pacis  
religiosa Dillingia edito. Omnibus protestantibus simpli-  
citer pacem et statum omnem dubium reddere. Quibus,  
etsi à nostris nonnulla sint opposita itidem chartacea,  
facile tamen cuius paulò prudentiori apparuit, non desi-  
tuntur Jesuitas, priusquam in rem transferrent potentia  
Pontificionum iam prevalente, quae hactenus libellis suis  
agitaverunt. Tanta injuria itaq; et majora metuenda  
mala praeter alia nobis itidem motibus occasionem pra-  
buere, ut nimirum Svecorum contra Caesarem armis,  
omnes mox protestantes per universam Germaniam sese  
conjunxerint, post sedecim annorum crudele bellum de-  
mum rursus pace constituta, quae simul et religionis causa

natis disfidij demò fuit constitutum, ita ut hodie ea  
cūprimis, quæ in Instrumento pacis publico Osnabru  
genfi et Monasteriensi, cūprimis § 5. 6. et 7. continentur  
in posteriõr LL. publicanõr vim iam habeant, ac p̄inde  
nunc quidem ampliùs ad transactionem Rastaviensem,  
ad Leges Comitiorũ Augustanõrũ, perinde atq̄ ad  
Instrumenta pacis respiciendũ sit.

Nobilibus immediatis. De nobilibus immediatis ite  
nã constitutum qd est §. 10. art. 5. de liberis autem  
Imperij civitatibus in univẽrsũ §. 11. et scõrũ de civita  
tibus Augusta Vindehorũ, Dintzobula, Byberusa, et  
Lapenbũrgo §. 2. art. 5. sũt constituta partim prio  
ribus confirmatis, partim nonnullis de novo coordinatis.

§. 8. Civibus autem Imperialium Civitatum, illi  
civium privilegio in urbibus in quã Pontificij prava  
lucunt factam plenã fraudulenta interpretatione con  
tractum esse, dum nimirũ alibi qd ad sobolem pro  
testantium religioni addictam, privilegium illud auferre  
Pontificij noluerunt, multo minus civium ordines ali  
os recipere, qui non essent Pontificijs sacris addicti.  
Ita sane effectum, uti in multis civitatibus sic satis nu  
merosi Protestantium civium catus sensim interierunt.

aut hodieq; intereat, contra mentem profecti Legis, et fraudu  
lenta, injuriosaq; inter pretatione.

§. 12. Optime Questionem prepositam solvit Auctor, quoni  
am enim jus instituendõn sacrorum datõn est illi, pene  
quon saltem aliquatenus summa est potestas, ac proinde cum  
in civitatibus non una illius summa potestatis sit ratio, non  
proq; jus sacrorum in qualibet civitate eodem se habere modo  
prout proq; civitas alia atq; alia regimini forma gubernatur.  
Observandum autem est, urbes Germaniæ in factionem Aristocra  
ticas esse aut Democraticas, pro ut quidem Auctor hic videtur in  
muen, sed præter has alias esse Oligarchicas et mixtas ex varijs  
Repub. speciebus, similiter nec in Democraticis aut Oligarchi  
cis urbibus reip. planè similem esse rationem, sed requiri  
nariã varias proq; species, ac proinde per injuriã de omnib;  
urbibus, eademq; juribus à nonnullis in eandem sententiã omnia  
affirmari.

§. 13. Ad Capitulum Coloniense facit hoc Palatinus Elector  
in causa Gebhardi Archiepiscopi, qui à Pontificia Religionem  
deceserat, ducta uxore. Ceterum ille quidem causa cecidit,  
detrusus in Casarea, à Romanorum Pontificum, suffecto in  
locum Ernesto Bararo. Quicquid verò sit, videntur omnia ante  
qd: nuper constitutam pacem Osabrugiensem et Monasteriensem  
non esse exigenda ad normam antiquorum Imperij recessuum

sed solius anni 55. ubi fomen res hac ferè mansit inde cõ  
iure sanè Ferdinandinam illam declarationem, q̃ a non  
habente potestatem p̃fectam contempserunt nonnulli Episcopi  
et Archiepiscopi per Saxoniam inferiorem. Cæterum hodie  
post nuper constitutam pacem longe se aliter habent omnia  
Nam Archiepiscopatus et Episcopatus Saxonici, qui a Rom  
fificio fermento sacra sua reformarunt, excepto uno Lub  
cenensi, conversi sunt in seculares, quos appellant Brini  
patius, reliquis vero Archiepiscopatibus et Episcopatibus  
quasi confirmatus denique fuit, qui appellatur de Christop  
Vorbesfalt, perinde ac soli Episcopatus Lubecensi ius  
constituendum Sacrorum liberum permisum est.

§. 15. Cestat hodie hæc controversia post nuperi  
mam pacem, eiusq̃ Leges publicatas. Benè tamen disputat  
Auctor contra Ferdinandinam illam declarationem. Nec n.  
Imperator solius potest LL. ferre toti Imperio, ac providè  
etiam illa Ferdinandi declaratio nullius esse momenti.  
Agitat vero hanc Questionem A. usq̃ ad §. 24. Plenius  
vero nec minus doctè eandem Questionem agitavit A.  
libri, cui titulus: De Christop̃ Vorbesfalt auct̃ primæ  
Gründe vörtert, ut et ipsemet A. noster, libro, cui titulus  
Gründliche deduction Vnges de Christop̃ Religion  
Adductis, ficto nomine Scipionis Archini edito.

S. 24. Ex ijs quae hactenus A. noster disputavit, appa-  
 ret, LL Imperij permiffum esse, omnibus Principibus (nisi quod  
 per instrumentum pacis novissimum non nihil aliter fit con-  
 stitutum de Archiepiscopis, et Episcopis, ut et Abbatibus Im-  
 perio immediatè subjectis) jus instituendi cultus divini ex  
 praescripto Pontificia vel Augustana Confessione. Non ta-  
 men hoc ita accipiendum est, qd. simpliciter atq. adeo in  
 foro, ut loquuntur, divino itidem permiffum hoc fit.  
 Coeterum, quemadmodum multa alia civilibus LL. constituta  
 creduntur, iusta fn. propterea, quia Lege sunt impune per-  
 missa, ita etiam haec permiffio iusta est. Quapropter nec  
 Leges Imperij Germanici possunt iniustitia accusari tanq.  
 divino naturaliq. iuri adversentur. Nec q. LL. illae quicquam  
 mandant aut vetant divino et naturali iuri adversum, sed  
 solum dant impunitatem. Non est vel divina vel naturae  
 Lege constitutum, ut quaelibet vitia ab hominibus puniantur,  
 sed tum demum, qn. salus publica id ipsa permittit. Qua  
 ratione ipse Deus O. M. in sua Leg. Hebraeorum divortiorum  
 libertatem permittit impune, etsi illa naturae et primogenio  
 Dei instituto neutiquam conveniret. Observandum porro  
 est, dum Principibus permiffum est instituendi cultus divini  
 ius, eo ipso non habitos esse Principes, aut haberi debere pe-  
 nindè infallibiles sacrorum arbitros atq. sese vult haberi hom.

Pont. Certè etiam hæc parte per injuriam Principibus tale  
quid obijci haud difficulter patet. Etq̄ jam tum plenius hoc  
propositum à nobis cum examine libri Erbermannici, tum  
in responsione utrag, præcipue vero altera ad Valerianum  
Magnum Capucinum.

§. 28. Ut sint sacrorum literarum ignari. Apales de  
beant esse Presbyteri, qd. potest quæroptime peti ex S. Pauli  
1. Tim: 3. et ex Epist. ad Tim: ut et 1. Epist. Petri 5. alijs  
N. T. locis, ibi vero non factum id requiritur, ut possint  
docere, veniunt ut ipsi sint moralibus virtutibus præditi, ut  
possint esse exemplo gregi. Notandum porro à nostro hu  
fore fieri h. l. tum mentionem ministrorum Ecclesie docentium  
scilicet Presbyterorum, et tamen sunt et alie persona sacro  
cultui dicatae, et si minus nobiles aut necessariae, quæ  
similiter tamen ordine atq̄ ex utilitate publica dicuntur  
constitui. Et vero huic pertinent ea, quæ de Diaconorum et  
Diaconisatum similitudinè requisitis in Paulinis Epistolis legi  
mus.

Dixit Paulus. In locis illis sacris ex N. & Y. T.  
ab auctore adductis agitur proprie de missione, quæ voce  
ibi sanè immediata quædam divina missio videtur indicari  
non quod talis aliqua semper necessaria sit, sed quod  
omnis opus tali sit, quando Deus novum aliquid velit

promulgari. Porro simpliciter quidem ad id, ut quis doceat,  
 vel vero etiam sacros titulos aliquis administret, non necesse  
 est requiratur vocatio quaedam sive mediata, sive immediata,  
 esse certe hoc etiam a Laicis interdum commodè peragi demon-  
 stravimus in responsione ad argumentum alterum, libello, cui  
 titulus: Definitio Ecclesia protestantium. Ceterum ut in coetu  
 autem aut Ecclesiastico aliquo corpore quidam pro alijs munia  
 istiusmodi exerceant, opus est omnino vocatione, quippe cum  
 nullum Collegium possit pati, ut quilibet pro arbitratu suo  
 munia Collegij publici exerceat. Quenadmodum vero in quo-  
 libet coetu s. Ecclesia non vocatio fit, sed simpliciter sola con-  
 stitutio ministrorum fieri debeat, praetera quae nae sunt nota  
 atq; adeo juris nae, nihil definitum est in N-T. libris, sed esse  
 relictum humanae prudentiae, observato illo iure, sc. oia in Ecclesia  
 fieri debere ordine et decenter, Et vero haec est ratio, quare  
 constitutio omnis ministrorum per Ecclesias totius ferrarum orbis  
 non semper iure se, eodem modo habuerit, quamvis plerisque  
 in locis idem mos, ritusq; fuerit observatus. Certè ad divinas  
 constitutiones ut hic referimus, inane fuerit, et ineptiunt  
 omnino Pontificij, dum ordinationem ministrorum, et in id ob-  
 servandos ritus a divino iure arcesserunt.

§. 30. Exemplo Baptista. Immediata vocatio Joh. Baptista  
 quam maxime innuitur Judaeis miraculosa conceptione et nomenis



impositione: nec n. horum quicquam tunc temporis potest  
facile latere.

§. 31. Idg fit. Tot actibus hodie quidem constat lega-  
tima vocatio aut constitutio Presbyterorum. Ceterum olim  
quidem praeter electionem et ordinationem, vix quicquam fuit  
necessarium, unde et hodie alibi pluribus, alibi paucioribus  
actibus constat vocatio.

§ 32. Nominatio. Nec defuerunt, nec deest hodie  
cumprimis in Belgio, qui ius nominandi impugnavere  
nisi: soli populo iure divino competat meta Electio Presbytero-  
rum; Verum variis identiter argutionibus, utpote cum iure  
divino nihil oio ipse de rebus sit constitutum, et tandem in prin-  
cipa Ecclesia penes populum fuerit ius eligendi Presbyteros  
in plerisque locis, alicubi tamen minime hoc observatum est, ut so-  
let constitutionum magna esse varietas. Notandum proq ad  
hunc §. vocabulum Ecclesiae esse πολιτεία (1) n. deno-  
tat eadem sacram, ut hic. (2) καὶ ἐξοχῆ hoc vocabulo  
Clerici veniunt, licet omnes fideles alias latiore signifi-  
catione sint Clerici (3) Ceterum Christiani populi, ut in §  
sq. (4) In Italia hoc nomine curia Romana denotatur.

§. 37. Manibus impositis. Apud Iudeos communi olim  
more receptum erat invocare auxilium Sp. S. hominibus  
illorum Capitis imponendo manus. Eundem hunc modum

alia multa Apostoli mutati sunt a Judaeis, non quod esset  
 simpliciter necessarius, sed quod ritus ille non displicebat. Hinc  
 omnium impositione una cum precibus usi sunt super illis, quos  
 tibi certo numeri quod dicaverunt. Unde manifestum est  
 impositionem circa ordinationem ministrorum non requiri tanquam  
 quicquid iure divino necessarium, sed esse ritum per se indiffe-  
 rentem, ut veterem fumen, ita et laudabilem, ac proinde posse  
 mitti quidem, non temere tamen id fieri oportere.

S. 38. Ipsa aequitas et recta ratio ostendunt, munia totius  
 communia publicis quoque sumptibus administranda et exer-  
 cenda esse. Ego nec sacra munia possunt exerceri rite quidem  
 sine bonis quae sacris istis sunt dicata. Non tamen v. requiruntur  
 omnia quaedam ad sustentationem eorum, qui sacris vacant,  
 penum etiam ad ipsorum sacrorum cultum: et quidem bona partim  
 mobilia, partim immobilia. Nec enim sacra commode exerceas  
 in Rep. quidem, nisi locis certis in id dedicatis. Et si etiam non  
 nulla gentes olim sacra sua sub diu celebraverint, eumque morem  
 etiam olim sunt proci Germani, attamen cum sub diu non semper  
 et quidem stabis diebus propter aenis inclementiam sacris vacare  
 liceat, facile apparet, in quavis bene constituta Rep. aedes potius  
 sacris obeundis esse ostiendas. Cum autem nec aedes possint  
 reparari integre citra sumptus, liquet, in qualibet etiam bene con-  
 stituta Rep. certa bona ad fabricam templorum conservanda.

Quis modus vero debeat esse bonorum h. e. quanta debeant  
esse copie indubia estimandum est ex usu ipsorum sacrorum  
recte sane rationi evidens est, sacra in Rep. quidem esse ob  
unda cum quadam magnificentia, et ijs, qui sacra ministrant  
cum talia bona merito debent, quae possint consequi absq. eo  
ut sacro officio quicquam deroget, tanta item, ut ex ijs non  
quidem lascite, hoc n. etiam officii Sacrorum curationi  
honeste fin. ita possint degere, ne alijs adulari, aut ab alijs  
contemni patiantur.

§. 40. Qui debeant esse merito limites immunitationum  
personalium indicat ipse scopus vite ministracionum sacra  
Cum n. illi debeant vacare institutioni sacrae et alijs offi  
cijs sacris obeundis, manifestum est, oportere in qualibet bene  
constituta Rep. ipsis concedi vacationem ab omnib. ijs, quibus  
curatio illa sacra proq. modo possit impediri, id quod in  
primitiva Ecclesia statim, ut et in Rep. Hebraeorum per  
divinas accurate est observatum.

Et hanc immunitatem. Intoret auctoritatis, q. merito de  
bet competere omnibus sacris ministris, ne sint subiecti cui  
libet iudicio seculari, liquidum est, eog. oio in qualibet Rep.  
ita sunt constituenda iudicia, saltem de personis sacris, ut  
auctoritati illis satis sit consultum. Et vero hoc ipsum  
unicè spectaverunt primi Caesares Christiani, dum Clericos  
exoneravit

remerunt a vulgaribus iudicijs. Non est tamen vel haec  
 exceptio profecta a singulari quadam divina constitutione  
 sed introducta auctoritate civili, et quidem boni civilis  
 obtinendi causa. Simpliciter vero Clerum omnem, a. et suos  
 episcopos, nequaquam Caesar subduxerunt etiam suo atq.  
 adeo totius Reip. iudicio. Nec quicquam faltem qd. Ecclie  
 fraticorum libertatem atq. exemptionem vel summam iure  
 divino competere, donec demum Romani Pontifices stru-  
 erunt novam quandam sacram Monarchiam, ceperunt homi-  
 nibus perfondere, omnes Clerici iure divino esse exentos  
 iurisdictioni civili Regum et Reip. sua a. iudictioni  
 suae a. Deo O. M. commissos esse. Et si passim vero terra  
 non novum hoc placitum credi coeperit, cum primis  
 vero in Germanico Imperio vim magnam accepit, atta-  
 men ipso usu edocti multi Reges ac Principes placitum  
 hoc Romanum, Resp. funditus evertere, strenue huic sese  
 opposuerunt. Et vero non tantum reformati status Imperij,  
 de quibus satis Autor loquitur, verum etiam ipsi Reges Hispania  
 et Gallia, et Romana sacra amplectentes, in huius  
 dictionem suam in Clerum frustra cingente Romano Pon-  
 tifice, hodieq. exercent. In ipsa Italia faciunt idem Veneti,  
 cui notum est ex praclaro illo inter Laicum V. et Reip.  
 Venetam agitato certamine.

S. 41. Non tantum jure Canonico Pontificio, verum  
etiam primorum Cesarum Christianorum concessione, ce-  
laretur ex non uno loco Codicis Justiniani, boni im-  
munitatis sacris, dicata est immunitas ab omnibus civitati-  
bus. Quod tamen Justinianus Nov. 8. restringit, nisi quid ur-  
geat Reip. necessitas. Pontifex autem Romanus similiter limita-  
vit, nisi ipsi aliter fuerit visum, utpote, cum sibi hanc immu-  
nitatem omnium bonorum sacrorum attribuerit. Et verum  
hodie etiam in Regnis et Rebusp. Pontifici addictis, bona  
sacra a tributo immunita non sunt, si ita jubeat a. per-  
mittat Rom. Pontifex. Quamvis in Gallia Romani Pontificis  
consensus non amplius soleat implorari. Quid constitutum sit  
Recess. Imp. Comitionum Augustanorum ad 55. in Germania  
illud sic satis recte ab Autore est traditum.

S. 42. Ut autem appareat, quod hac in re o. f. jure po-  
sitivo sit constitutum, verum etiam quid constitui merito  
debeat, repetendum memoria est, id, quod ante diximus,  
in qualibet sc. boni constituta Rep. tantum debere esse bo-  
norum sacrorum vim et copiam, quae sufficiat sacris omnibus  
obeundis, sacrorumque ministris honeste et cum auctoritate  
quadam alendis, et fabricae adiuvi sacrorum, cum et illa  
nomine sacrorum bonorum veniant necessarium, caetera  
superflua bona semper manent secularia. Igitur de illis

videm bonis sacris nihil esse per tributa aut alias prestationes  
 etrahendum facile apparet, utpote cum detractio illa non  
 possint non sacra ipsa aliquid capere detrimenti. Certe  
 si bona illa sacra magis fuerint optima, atq; adeo  
 non tam necessaria sacris quam superflua, omnino debere  
 et illa inservire necessitatibus Reip. non minus atq; alia,  
 manifestum est. Et vero si infra hosce limites maneat  
 tributorum inditio bonis sacris facta, nihil utiq; illa habet  
 commodi; Ex adverso autem iniquum fuerit, bona publica  
 in lascivia paucorum hominum inservire et Reip. nihil  
 prestare commodi. Simul vero haud obscurum est, perperam  
 Rom: Pontificem sibi arrogare summum dominium talium  
 bonorum, utpote cum sint bona Reip. quae adeo in cuius  
 libet liberæ Reip. iuribus atq; arbitrio sunt subjecta.

§. 43. Patrimonium Christi. Inepti dicuntur bona  
 Ecclesiastica in Patrimonium Christi demigrasse: nec enim  
 Christus in hisce terris habet singulare patrimonium, sed  
 per omnia ipsius sunt, quaecumq; nimirum in caelo sunt et in  
 terra, itaq; quod bona nulla sacra non debeant in alios  
 usus verè provenit ex utilitate cuiuslibet Reip. cõ scilicet  
 inter est, ubi sacra riti sese habeant, ac proinde tantum  
 etiam semper super sit bonorum, quantum ad usum sacrum requiritur.

Quicquid vero religionum bonorum etiam dedicatum est,  
licite exigente levi necessitate, licere transferre in aliam  
commoda, nihil utique prohibet, et vero hanc ratione Re-  
becca Rex Clypeos aureos aliam thesaurum sacro a Rege  
Salomone Patre dedicata, non dubitavit pacis publice  
conservanda causa Aegyptiorum Regi donare, D.O.M.  
non succensente.

Uti fructus vero eorum etc. Cum bona sint publica  
utique Episcopis et Clericis non competit privatio in illa  
dominium, proinde ut se habet conditio omnium bonorum  
publicorum.

§. 44. Primum quoniam videtur S. Augustinus in  
stituit in sua Ecclesia Hypponensi, cuius erat Episcopus  
ut non nulli quos monasticam vitam duceres, Ecclesiae illae  
adescent, precibus publicis inservientes. Qui quod obser-  
varunt Canonicam quandam regulam vivendi, dicti sunt  
Canonici. Illud institutum placuit deinde cum alijs. dum  
etiam inprimis Carolo M. qui proinde omnibus Ecclesijs  
Cathedralibus Collegia eorummodi Canoniconum adiunxit.  
Ceterum ut alij Clerici ruptis regulis antiquis sensim  
denegaverunt, ita jam Ottone III. Imperatore in Germania  
nonnulli Canonici prisca vivendi regula abiecta, et  
Clauistro, quo antehac inclusi vixerunt, rupto, in seculum

aliquam licentiam transierunt, donec tandem licentiosa illa  
 vivendi ratio omnes Canonicos cum pestilenti fide afflavit:  
 ut perinde voluerunt dici Canonicos irregulares, quod perinde  
 ac si dicas, Canonicos sine Canone, atq; adeo occasionem  
 edere novo ordini Canoniconum regularium introducendo.  
 Verum autem quondam canonicis adhuc in claustris vi-  
 dentibus non nisi communia bona, progressu vero temporis  
 et claustris ruptis, singulis prebende suae, quae appellantur,  
 concessa sunt. De primo instituto, et subsequuta demum degenera-  
 tione Canoniconum illorum, dicta a nobis sunt nonnulla  
 disert: 3. de Antiq. Ited. quae proinde ad hunc locum  
 posuit transferri.

S. 46. Primarias preces. Tere cum injuria Caesaris con-  
 tinetur est jus primi vacantis beneficii primarium precum  
 appellatione prosequi: utq; id fieret, tamen interesse Reip.  
 ut Caesaris auctoritas non evalescat; utitur autem hodieq;  
 illo jure Caesar, estq; illud disertis verbis confirmatum in  
 imperatoria pacis constitutione. Certi in Ecclesijs Cathe-  
 dralibus Protestantium solet Imperator conferre illum pri-  
 mum sibi debitum Canonicationem Pontificis Consensu haud  
 implorato, etsi rem aliter se habere apud Pontificios,  
 non est, quod dubitemus.



§. 47. Nuper quidem prodijt Scriptor. Scriptum  
illud prodijt Brunsviga confectum ab aliquo primario  
Presbytero, quem, quia Autor sit, etiam nos nationis relict  
Quid ergo. Lampadius noster, ut obriam irret  
illi communi omnium Canoniconum accusatiōi, q̄. nimirum  
non Pontificum, nec sacrorum aliquod vite genus ducerent  
in eam sententiam descendit esse illorum vite genus mer  
Politico, idq̄ eo argumento q̄. multa sacra obeant  
sacra n. quaeq̄ munera consistere in docendo et sacra  
menta administranda. Verum quod Autor n̄r ponit non  
est usq̄ adeo certum: sacri n. etiam munus est psallere  
constitutis horis, et preces publicas Deo fundere: Eoq̄  
iam olim Rex David non nullos, id qui facerent, in sa  
crum ordinem cooptavit: Secunda cura sacrorum po  
fest institui etiam diligenti summa inspectione et directi  
one rerum Ecclesiasticarum, hanc certe curationem a  
sacris muneribus velle sejungere, absurdum est. Jam  
vero porro constat, Canonicos nonnullos hodieq̄ obire  
statar suas horas precum laudationum divinarum: Sal  
tim itaq̄ illi huius muneris ergo extra numerum perso  
narum sacrarum non sunt collocandi. Alij quidem omnem  
hanc curam vicarijs suis commiserunt, non tamen vel sic

personam sacrorum omnem exierunt, modo id agant, quod  
 debent, hoc est, modo diligentem curam adhibeant in summa  
 acronum curatione et administratione. Quoniam vero praetera  
 catholici Cathedralium Ecclesiarum solent a suis Episcopis, qui  
 simul et principes agunt, in partem regiminis politici ad  
 eorum, idq. ipsis quam maxime incumbit, apparet, apparet  
 manifeste Canonicos simul et civili officio fungi in Episco  
 patu quolibet non vulgari sed peni potissimo. Unde si  
 manifestum est, perinde atq. Episcopi Germania q.  
 duplicem sustinent personam, ita et Canonicos partim  
 ecclesiasticos, partim vero et politicos conferri oportere.  
 Certi istis suis officijs probe fuerint functi, non utiq.  
 impium aliquod vitae genus, ut ille volebat, sed veri pium  
 honestum atq. utile degentes. Qui vero nihil horum agunt,  
 atq. in otio degentes fruuntur bonis publicis, illi quia im  
 pie vivunt, non est dubitandum, utpote cum quomodo leip.  
 civem oporteat pro virili bono publico prodesse, praesertim  
 vero illum, qui ex publico et quidem sacra pecunia alitur.

AD CAPUT XII.

CONSERVATIONE SACRORUM ET

Concilijs.

§. 1. Politicus Magistratus. Indubie quibus iure competit  
 instituere sacra, usdem et competit sacra conservare. Quoniam

itaque precedente capite satis demonstratum est, cuiusmodi com-  
petat prius illud, non potest iam de posteriori dubitari.  
Et vero simpliciter in qualibet Rep. ad officium summæ  
potestatis pertinere sacrorum conservationem, patet ex  
ipsa natura et scopo civilis societatis, ut proinde ali-  
argumentis ad hoc probandum non sit opus. Et vero  
quæ Autor noster adducit ex Deut. proprie et per se  
ad solam Rep. Hebræorum pertinent, ad reliquas vero  
non nisi vi exempli, atque adeo verisimiliter potest appli-  
cari. Ceterum peres quos in Imperio Germanico, conser-  
vandum sacrorum ius sit, ex illis quidem peti non potest  
sed ex solis Imperij constitutionibus et consuetudinibus  
perinde ut ex solis hisce principijs singularium granum  
cuiusque Rep. iura peti possent.

§. 3. Argumentum magis politicum, atque adeo non  
petitur ex sola sacra revelata doctrina, hæud difficulter  
afferri potest. Quoniam nimirum religio constituta  
est in eo, ut populus Deum rectè colat, doceatque recta  
ratio sancta et pia mente Deum colendum esse. necesse  
non autem ad conservationem religionis requiritur, ut  
et hæud desint, qui populum ad religiosum illum cultum  
probe instruant, et ut repellantur omnes, qui religioso cultui quæ-  
dam adversum machinantur.

§ 4. Non propterea factum instituenda sunt Scholae ut sup<sup>ra</sup>,  
 quae Ecclesiam verbo Dei possint parcere, sed ad plures etiā  
 usus cuiuslibet Reip. Et verò vel ipse usus docet, non  
 solos illos Ecclesia Pastores solis icti, d. multos alios, multi  
 generis civium. Sunt aded Scholarum varia discrimina  
 prout doctrina quog pluribus modis invicem disfidet. Quoni-  
 am verò summa potestatis est, in officio videre, uti cives  
 commode educantur ad varios Reip. usus, idq per Scholae  
 fieri soleat, possitq non potest non et Scholarum curatio  
 ad summam Reip. potestatem quog iure pertinere. Indubie  
 verò illae Scholae prae alijs debent esse cura, etiam potestati  
 illi summa, in quibus iam dicuntur illa, quae ad majoris  
 Reip. usum sunt momenti, et verò si talia quid summa po-  
 testas dici et doceri libere patitur, non potest non facili  
 negotio ingens Reip. incrementum capere. Quod verò  
 attinet Germaniam nostram infimarum, ut ita dicam res sin-  
 gulis ordinibus sunt permixtae, nec immerito, utpote cum  
 non aded multum momenti in eis situm est ad Reip. At  
 verò majores tamen Scholae non perinde ad singulorum ar-  
 bitrium pertinent.

§ 5. Quae dicit Auctor, consuetudinibus Imperij Germanici  
 sunt confortanea, ceterum si respiciamus antiquiora tempora

certum est, omnes Academiæ Germania, quæ quidem  
ante Lutheri tempora ceperunt auctoritate Pontificiâ  
institutas esse. Imò verò nec post Academiæ ulla Cæsari  
reâ auctoritate in Germania originem suam accepere  
præter paucas et solas ordinum non nullorum protestan-  
tium, quales sc: est hæc Julia, Argentinensis, Altorfina  
et Rinthelensis. Observandum verò in nonnullis illustri-  
bus Germania urbibus constitutas esse Scholas ab Acade-  
mijs parùm differentes, si excipias facultatem creando-  
rum Doctorum, Gymnasiorum titulo appellatas, idg sin-  
gularum ordinum, non a. accedente Cæsarea aliqua consen-  
sione. Quo penè liquet, si consuetudinem Germ. velim  
spectare solummodo, vel certè potissimum ius illud cre-  
andorum Doctorum, ut et privilegia eorum, qui in Acade-  
mijs aut discunt, aut docent, à Cæsariis profluere. Et  
verò, quia privilegia Doctorum creatorum Professorum  
item et Studiosorum, pertinent ad totius Imperij provincias,  
non possunt illa à solo illi, qui caput est Leip. concedi  
certè à singulis ordinibus privilegij aliquid dari, quod  
obstringat omnes Imperij ordines non posse, manifestum est.  
S. 6. Tota Ecclesia. Rectè dicit Auctor, si forte malo  
imminenti Ecclesie non possint soli, qui ministerio funguntur

are esse, fūm verò totam Ecclesiam debere vires suas soci-  
 are. Hæc consociatio verò solet fieri conventu aliquo publico,  
 rem vulgo conciliū appellamus. Et verò si malum tantum  
 incumbit ūni Provincia aut loco, satis est conciliū aliquod  
 provinciale inest, si latius vergat, ex re profectò fuerit  
 etiam ex longinquis locis conciliū instituire. Ceterum  
 propter mala, quæ Ecclesiam possunt infestare, aut ad fiden-  
 tiam, aut ad mores, aut deniq; ad regimen q̄s. Ecclesie  
 pertinent, hinc in concilijs de emendatione trium horum  
 malorum, vel coniunctim vel seorsim solet et potest agi.  
 Quoniam verò omnes, qui in concilijs sententiam dicunt, sunt  
 quidem electi ex reliquo numero hominum, homines tamen  
 ac proinde ab ijs, quæ hominibus possunt accidere, non ali-  
 eni. Hinc apparet, nulla concilia omni ex parte habere aū-  
 thoritatem infallibilem, valde probabilem tñ. et quidem prout  
 concilia ex magis minusve pijs, doctis, ac prudentibus con-  
 stituuntur, ita et concilionum variam esse fidem atq; aūthorita-  
 tem. Quod attinet verò eos, qui in concilijs debeant  
 habere aūthoritatem ferendæ sententiæ, nihil de ea re di-  
 vino quidem iure est constitutum, eog factum hæc commis-  
 sum est, et pendet à prudentia et arbitratu hominum. Hinc  
 et si Act. 15. et 17. quod describitur conciliū Hierosolymitanum

adhibuerint, et Laicos, seniores, tamen simpliciter omni  
Concilijs eorundem interesse debere, minime sequitur, sed  
unum duntaxat colligere hinc est, nullo iure divino  
Laicos magno Ecclesiae commodo posse in Concilijs ad  
sententias ferendas admitti. Et verò scrutantibus historia  
Ecclesiasticam, apparet, iam fūm saeculo 3. Concilia ex so  
lis Episcopis coaluisse, nec timere legas, saep. saeculis La  
icos ad concilia vocatos, si extipias ipsos Principes, eorum  
Legatos. Observandum tamen, Episcopos, qui ad concili  
um veniunt, credi velle & solere, se representent suam Ec  
clesiam, quarum sunt Episcopi, atq. adeo hoc ipso haud ob  
scure indicari non propria auctoritate, sed Ecclesiarum  
suarum nomine Episcopos, quosq. in concilijs sententiam  
dicere. Unde simul manifestum est, Episcoporum, qui ad  
Comitia accedunt, et Ecclesiarum Episcopatum eandem de  
bere esse sententiam, diu n. utiq. Episcopi non repre  
sentarent suam Ecclesiam, Unde porro consequens est, quoniam  
tum adversetur rectae rationi, quod in concilio Tridentino  
Romanus Pontifex curavit, sententias ferre per Episco  
pos mere titulares, atq. adeo illos etiam, quorum senten  
tia ab Ecclesijs, quarum nomen praeferebant, erant  
maxime disidentes.

principes &c. Jure ipsius societatis cuiuslibet, quoniam  
 competit cuiuslibet summae potestati sacrorum curatio, omnino  
 idem jure competit cuiuslibet summae potestati, concilio proq[ue]  
 esse, ut sc: ibi omnia ad Ecclesia et Reip. utilitatem  
 non ponantur. Et si igitur idem hoc jus significetur illis, ab  
 autore adductis locis sacris, non tamen necessum est, ex  
 his jus hoc petere; et vero loquuntur illa potissimum  
 de jure et officio summam potestatem in populo Hebrae-  
 rum: non licet vero ab institutis illius Reip. tuto petere  
 jura et instituta omnium civitatum.

Carolus V. Si mores et instituta Imperij spectemus,  
 cogimur sane fateri, etiam hic a temporibus urq[ue] Gregorij  
 VII. summam sacrorum curationem non fuisse penes Ca-  
 sares et Reges nostros. Professi tamen semper sese Caesares  
 nostri fuisse Advocatos et Procuratores Ecclesiae, at vero  
 omnis ille titulus nihil aliud significat, quam potestatem  
 tuendi bona et personas Ecclesiasticorum ab injuria, hinc  
 adeo non alia etiam significatione Caesares nostri solent  
 audire advocati Ecclesiae Romanae; certi Advocatia jam  
 tum plurimis seculis, non nisi de persona aliqua fidelis accepta e[st].



Unde patet, quod Auctor noster hic notat de Carolo  
et Ferdinando, ad rem, de qua nunc agitur, nihil pertinere.

§. 7. Si non iam ante, certe à Gregorij VII. usque  
temporibus Papae sibi arrogaverunt Conciliorum omnium  
indicendorum, saltem haecenus quod nulla Synodus sine  
consensu Papae implorato institui debeat, potestatem sibi  
arrogaverunt. Ceterum monumenta antiqua senectantibus  
sole clarius apparet ex quo Caesares Religioni Christianae  
accesserunt, per eos hos fuisse omnem cogendorum Conciliorum  
potestatem. Bellarminus et alij Pontificij Doctores  
convocata esse concilia à Caesaribus, non audent negare.  
Tamen contendunt, implorationem antea fuisse consensum  
Pontificis Rom. Verum quoniam de illa imploratione ne  
verbulum quidem occurrit in historijs antiquis, de hoc so-  
merum commentum explodendum est.

§. 8. Bene Auctor disputat, si conciliae aliquod in  
perse Germania fuerint institutura, fieri id ipsum oportere  
non minus Caesaris, sed simul et ordinum auctoritate.  
Verum ut nunc quidem sunt mores, concilium aliquod  
universale Germania non est, quod expectemus. Etenim  
verò Pontificij quidem hodie ita sunt instituti, penè à Jesuitis,  
nec putent, sibi licere citra consensum Pontificis nobiscum unum

coetum coire, nec sibi fas esse, quicquam ab eo, q. Rom. Ponti,  
 s. jam fuisse scriptum s. decretum est, desistere. Ibi enim  
 etiam post concilium Tridentinum longe alia fuit mens  
 et Caesarum quorundam et ipsorummet Episcoporum, ex quo tamen  
 episcopica institutio cepit obtinere, simul Hildebrandica doctrina  
 vicariati divino Lapae animis hominum impressa est.

Ceterum ita si animati fuerint Episcopi, nec potuerunt nobiscum  
 unam conventionem sacrorum instituere, effi possent, fructu tamen  
 omnis Coetus ille destitueretur. Ceterum concilionum vice pos-  
 sunt fortassis hodieq. institui colloquia quaedam de sacris,  
 et vero non tantum Carolo V. & Ferdinando Caesaribus sunt  
 eiusmodi aliquot Colloquia instituta. Verum etiam L. Imperio  
 Anno 1566. durante Maximiliano Imperatore cautum est, ut per  
 eiusmodi colloquia controversiae religionis, quoad licet, sopi-  
 antur. Illa vero et jam tum ante non unius Caesaris, d.  
 simul et ordinum auctoritate sunt instituta, et in posterum  
 idem non nisi eadem auctoritate possent institui.

S. 9. et 10. Summo iure is demum potest convocare Episco-  
 pos, penes quem est summa in Episcopos potestas. At vero  
 nec olim quidem cuiquam in omnes Episcopos universiter  
 orbis in unum sunt convocati. Dicta tamen concilia  
 Viterbiana, Constantinopolitana, utrumq. Ephesina et

Chalcedonenſe fuerunt Oecumēica, quod et potiffima parte orbis terrarum congregati Epifcopi concilia iſta celebraverint, quos omnes Caefares ſum convocare potuerunt propterea, quod illi ſoli per maximam terrarum orbis partem et florentiffimam dominarentur. Etiam itaq; ſum temporis multi Epifcopi extra Imperij Rom. limites collati, concilia iſtis oecumēicis haud interfuere: idq; quoniam Caefaribus non fuit fas, illos convocare ſq; aliena iurisdictioni ſubditos. Cum hodie itaq; Caefari in Regna et Principatus Europae extra limites Imperij nihil quicquam fit iuris, multo minus per Aſiam et Aſtricam facile apparet a Caefaribus noſtris nullum conciliū oecumēicū convocari poſſe. Et verò nec Sigismundus Caefar, conciliū Conſtantiienſis et Europae Epifcopis conflatum, aliter cogere potuit, quam Gallia et Anglia Reges invitando, uti vellent ſuos Epifcopos communis Eccleſiae cauſa mittere: quod non eſt auctoritate Caefarea in convocando uſi.

### AD CAPUT XIII.

#### DE REBUS CIVILIBUS SEU PROFANIS.

§. 1. Diximus. Dixit ita Auctor cap. 10. §. 3. recte quod ſe habet illa diſiſio, cum in univverſum duo quaſi ſint ſumma genera negotiorum ſcip. alia pace, alia bello adminiſtranda.

§. 2.

§. 2. Civiles. Debuisset Auctor addere rerum civili-  
um illarum alias esse privatas, alias publicas, nec enim  
omnium illarum eadem est conditio.

§. 3. In Personis vel rebus. De iis quae personas attinent  
agit Auctor cap. h. 13. de rebus vero c. 14. et alijs nonnullis.

§. 4. De dignitate personarum agit usque ad §. 9. huius  
capitis, de salute autem personarum ipso §. 9. Quamvis vero  
alia haud incommodior possit divisio institui, non est tamen  
nunc, quare iam mutemus.

§. 5. Unde Reges, Archiduces. Regis titulus concessus  
est a Friderico I. Caesare, ut et post a Friderico II. Regibus  
Bohemia. Posthac vero nullis titulus est concessus. Simili-  
ter nemo hactenus creatus est Archidux, praeter solam fami-  
liam Austriacam, quae profecto haud facile pateretur illum  
titulum alijs communem fore. Itaque de collatione Regis et  
Archiducalis tituli ab uno Caesare dependente, non est quod  
nunc quidem adeo sumus solliciti.

Statibus item. Quoniam Principes alij ordines de iure  
sedendi confedentes omnes pro se praerogativam aliquam  
facile possunt allegare, hinc adeo nulli fere solis fontibus  
Caesaris hoc definentibus solent parere. Et vero iam tum  
huiusmodi controversiae ad ipsa comitia tractae sunt, ut  
proinde haud temere dixeris uni Caesari iudicium hoc competere.

§. 7. Non de potentia regia. Titulos inanes legum pariter  
et Principum dare posse Caesarem, nemo est, qui dubitet.

Utrum verò libertas s. licentia illa salutis Reip. consentanea  
sit, nec ne haud facile dixerim. Modum certe hanc in re  
excedi posse, non est quod dubitemus, utpote cum tales novae  
collati tituli inanes, licet soleant illis, quibus dati sunt, animam  
addere saepe numero ad molendas res novas, et simul ad levandam  
et superbiam rebus suis longè majorem. Creaverunt verò Impe-  
ratores nostri, ut iam ante diximus, praeter Bohemum neminem  
nec n. nunc moror fabulas Colonorum de regio titulo ab eis  
ne III. Bolislao Crispo dato, utpote quae iam abundè à nobis  
sunt consuetudine parte s. in Opere de finibus Imperij. Notandum  
verò solere et Pontificem Romanum etiam sibi arrogare  
iuris creandorum Regum in Provinciis longè distitis. Ceterum  
faciunt hoc ipsum praetextu vicariatus sui divini, quo existi-  
mant, universum mundum, atq. adeo Reges et Principes suo iudi-  
cio subiacere. Ceterum, qui rerum suarum satagit, si extra li-  
mites s. Pontificia terra s. Imperij vixerit, haud facile patietur  
inanes huiusmodi titulos sibi s. à Papa s. à Caesare concedi  
quae ratione notum est non adeo quidem Magnam Moscoviam  
Ducem coronam sibi à Pontifice transmissam remisisse.

S. 6. Comitum Palatinorum. Tempore Caroli V. Comes  
Saxon Palatii Lateranensis seu Palatini creari cepere, ad  
exemplum summi Pontificis seculo 14. et hodie creatio heredi-  
taria, quod tamen olim non est factum.

Tabellionum. Sive Postarum, ut ita loqui liceat, constitutio.

potestatem soli Imperatori competere Italus quidam Taxir  
 nomine persequitur. Matthiae, idq; ex hoc fundamento, quia  
 nihil de hoc iure expresse definitum reperitur in Capitulatione  
 huius, cum tñ. à quatuor multis seculis consuetudo obtinuerit, ut quilibet  
 Princeps in suo territorio ius habeat.

S. 8. A solo Caesare. Imò verò multa Academiae, cum pri-  
 mis Pontificiae, ne quidem à Caesare facultatem hanc solent  
 sibi petere, sed à Pontifice Romano; ita tamen si accipias, quod  
 Caesar hoc possit concedere citra ordinem Imperij im-  
 ploratione consensu, non est, quod dubitemus. Notandum verò  
 talem potestatem extra Imperij limites donandi facultatem cuius  
 summae potestati competere, ac proinde hac ratione singulas  
 Belgico-Germanicas provincias, cum liberae sint et sui iuris,  
 Academiae instituisse cum potestate graduum doctoraliū  
 conferendorum.

Jurisdictioni. Improprie dicta, alioguin n. jurisdictioni  
 proprie pertinet ad officium iudicis.

#### AD CAPUT XIV.

#### PRIVILEGIIS ET IMMUNITATIBUS CON- cedendis.

S. 1. Obscurior nonnihil est illa divisio: Clarius ita res  
 illa possit proponi: statuendi de rebus potestas versatur  
 circa res, vel ad omnes promiscue vel ad singulos  
 aut paucos seorsim pertinentes.

§. 2. Solius Imperatoris. Nimis crude disferunt  
soli Imperatori tribuunt potestatem concedendarum immunitatum  
et privilegiorum. Certè si hanc habet Cæsar et quidem  
illimitatè, poterit utiq; et LL. publicis Imperij et juribus  
omnium Principum ordinumq; liberi derogare. Hoc verò si  
potest, frustra profecto potestas ferendarum Legum ad co-  
mnia spectat univèrsi Imperij, et in vero est arbitrio  
Cæsaris collationem jura Principum aliorumq; ordinum evertentem  
Ara sententia, quoniam evertit fundamenta Reip. nostrae  
non utiq; ita crude accipienda est. Observandum igitur  
privilegia s. potius gratias, quæ appellantur, alias nihil  
derogare juribus et LL. publicis, alias autem multum illis  
detrahere. Ara prioris sunt ordinis, illas in arbitrio Cæ-  
saris esse, non est, quod quis neget, quoniam utiq; consue-  
tudine id receptum est. Ara secundæ autem ordinis sunt  
illas quidem sine discrimine Cæsaris arbitrio attribuent, plene  
tamen in aliam eunt sententiam. Non difficile autem videtur  
definitio, utra sententia sit venior. Quoniam verò Legibus  
omnibus Capitularibus cavetur, ut Cæsaris jura Principum ordi-  
numq; aliorum, ut et univèrsi Imperij illibata conferrent. Con-  
sequens est, non esse in arbitrio Cæsaris, illas gratias cuiquam  
facere, quibus juribus Imperij univèrsi aut singulorum Princi-  
pum aliorumq; ordinum quicquam detrahatur. Cæterum hæc  
quidem controversia nondum est definita, ideoq; etiam nunc

disputatio de gratia illa, qua Caesar nonnullas eximit a finis  
iustione Principum, novo quodam ordine instituto exemptionem  
Imperij, more plane insolito, et non nisi proximis hisce aliquot  
annis in usum traduci capto.

Ius mundinarum solemnium, non est solum Imperatoris,  
sed etiam Principum, nec obstat, quod in contrarium asserere solent  
solemnissimas omnium mundinas Francofurtenses a Cesare insti-  
tutas, quia si ad alias tali numero confluerent mercatores,  
neque solennes essent ac Francofurtenses.

Ius Stapulae est beneficium aliquod singulare, competens  
inchois huius vel illius loci, ut omnes merces, quae importantur  
regionibus suis primum ipsis sint exponendae venales, et in libertate  
tunc demum advenis vendere liceat. Et hoc ius competit quocumque  
Principibus, item ius dandi Civitatem, quod est ius condendae  
novae urbis.

Ius cudendae monetae est regale Imperatoris, sed concessit  
hoc ius omnibus ordinibus Imperij, imo civitatibus nonnullis  
municipalibus hypotheca loco. In numismatibus veteribus  
Romanis reperuntur litterae A. B. quae denotant Triumvirum mo-  
netales s. Auri Argenti, aeri flandi, ferri, q. obiter notetur.

S. 3. In Catenis. Ita quidem est. Solum Imperatoribus est  
cautum discretis quidem verbis de non laedendis Electorum iu-  
ribus circa vectigalia; at tamen minime hinc sequitur, liberam



esse Caesaris facultatem derogandi reliquorum Principum  
vectigalibus. Ubiq; enim etiam illis per capitulationem  
cautum est, uniuersali illa promissione de Principum  
aliorumq; ordinum iuribus haud minuendis, nec enim immu-  
nitate a vectigalibus Principum possunt temere cuiquam  
concedi citra iurion bononum Principum detrimentum,  
soluti quidem sunt iam aliquot seculis immunitates a vec-  
tigalibus solvendis Caesaris concedere, potueruntq; id ipsum  
iure optimo. Verum erant hunc temporis vectigalia omnia  
vel certe potissimum quae in patrimonio publico Imperij  
atq; adeo quodantenus solis Caesaribus propria. Studi-  
vero longe dispar est ratio, quoniam vectigalia omnia in  
privatam possessionem ordinum Imperij concesserunt.

§. 4. An cudenta moneta. Aposentis Electionum vi-  
detur primum requisitum ad ius monetae quidem concedendum  
a temporibus usq; Caroli V. antehac vero et quidem primis  
Imperij Germanici seculis in Caesarum libero arbitrio facul-  
tatem hanc saltem cudenta moneta ius concedendi facul-  
tatem fuisse collationem ex antiquis Caesarum rescriptis, cuius  
modi cum primis in archivis Episcoporum et Abbatum repe-  
nuntur, manifestum est. An vero unquam in Caesarum  
fuerit arbitrio, instituire vectigalia, multum e quidem dubito,

hinc enim huius in omnibus antiquis monumentis certum aliquod  
 signum licet reperire.

§. 5. Moratorias inducias. Inducia moratoria hic quæ  
 appellantur, alia habent vim et potestatem adversus quos vis, alia  
 vero tantum adversus eos, qui proxime uni Principi aut ordini  
 Imperij sunt subiecti. Prioris generis inducias dare non profecto est  
 singulorum ordinum, utpote cum nemini liceat omnium Imperij sub-  
 ditorum aliorum iura vel tollere vel remorari. Posterioris vero  
 generis inducia dare, non excedit dignitatem et potestatem singu-  
 lorum ordinum. Ceterum cum publice intersit, ut fides quæ cor-  
 rupta, nulla societas salva est, facile apparet, non nisi urgente  
 summa Reip. ipsius utilitate, tales inducias concedi oportere;  
 atq. adeo cum talis necessitas publica non nisi perfit rara, non  
 nisi rarissime etiam, nec unquam in gratiam debitorum duntaxat  
 inducias eiusmodi concedi oportet. Ceteroquin sanè necessum  
 est, uti pereat vinculum societatis civilis atq. adeo Respubl.  
 corruet, observandum vero est, nuperimis Comitibus Imperij non  
 solum Imperatoris, sed omnium ordinum consensu constitutionem  
 aliquam esse de solutione debitorum, id seueritate instrumenti pa-  
 cis §. de indaganda.

§. 8. De delictis. Leger de delictis, quæ quidem hodie per uni-  
 versum Imperium obtinent, non unig. Caroli V. sed omnium ordinum  
 auctoritate promulgatae sunt.

§. 12. Casaris et Jurisdicchio. De jurisdictione in Principato

et Comitatus hic agere, non nihil est alienum ab instituto  
sed & disputatione de iudicijs Germanicis demonstrationem esse  
ante Carolum V. neminem Cesarum aut Regum auctoritate  
de ipso iure dicere, nisi ex consensu ordinum, observato se-  
nore veteri, de paribus curia advocandis ad iudicia reman-  
feudalium.

Constituere non possit. Aliquo tamen modo in quibus possessio-  
ne iuris huius est Imperator: utpote cum possit etiam  
consensu ordinum haud impetrato, principalem aliamque  
dignitatem alijs conferre, nisi quod non possit pro arbitrio  
cuius locum dare & ius suffragii in comitijs.

Capitulatione adstringitur. Haec quidem est ratio quae  
nonnullam variationem honorum, ac proinde negari non potest  
hanc quoque ratione restrictam esse Caesaris potestatem condi-  
dationum & constitutionum ad Principatus pertinentium.

§. 14. De his. Tempore adhuc Frederici Barbarossae  
iure hoc omne fuisse Caesaris saltem per Italiam & Regnum  
Longobardicum, si non aliunde, posset tamen constare  
ex cap. uni feud. quae sunt regalia. Verumtamen sequenti-  
bus tempestatibus magis magisque Caesarum auctoritas est de-  
minuta et concisa in eum statum, qui hodie omnibus con-  
spiciendus est.

§. 16. Monumenta antiqui Imperij scrutandibus, haud  
difficiliter apparet plerumque honorum, quae hic enarrantur, etate

videm Franconum Regum s. Stirpis Carolina ad solos  
 Caesares seu Reges pertinuisse. Ceterum sequentibus seculis  
 penam a Caesaribus aut Regibus operum illa publica concessa  
 sunt in privatam possessionem Principum aliorumq. ordinum  
 donec tandem publici nihil manserit reliquum. Potest vero  
 illud antiquum ius regium intelligi etiam hodie ex eo, quod  
 Principes aliq. ordines talia iura a Caesaribus se accepisse  
 etq. regalia profiteantur. Commode vero heip. an non data  
 fuerit olim regibus talium largiendarum libera potestas, haud  
 difficile est indicatu, cum appareat utiq. isthac Regum  
 nostrorum prodigalitate omnia penè bona publica in priva-  
 tam possessionem devenisse, atq. adeo totam heip. faciem a  
 pristino plurimum mutasse, et quidem ita, ut vix aliquid  
 superhit ad regendas ordines in vere unum heip. corpus.

§. 17. Vectigalia instituere. Vectigalium instituendo  
 num potestas, quin unius olim fuerit Caesaris vel potius Regis  
 Germaniae, non est, quod dubitemus. Ad Electores devenit  
 ex parte illa potestas serius est, et quidem fortassis demum  
 aetate Caroli V. Recte vero Histor rejicit illos, qui de iure  
 vectigalium constantur hodie disferere in usum Imperij Ger-  
 manici ex l. 20. ff. de publ. vect:

§. 18. Aetate Franconum Regum ius cudenda moneta  
 fuisse penes solos Reges, haud difficulter potest demonstrari.

Catenam subsequenti auro pervenit etiam ad alios per  
communi nomine regaliū, vel singulari quodam beneficio  
apparet enim ex antiquis monumentis Caesarem quidem  
Saxonicorum auro, ut proxima tempestate ius cūdenda  
moneta datum Episcopis non nullis, citra tamen reliqua  
nem regaliū concessione. Hodiernos mores si spectemus  
ius cūdenda moneta dependet qd. a Caesare tē. capite  
leip. usū tē. et fructū est iam factum private ordinum  
possessionis. Et quidem horum non nulli immediate, non  
nulli vero mediate iure isthōc regio ictōntur, idq. quom  
am Princeps quidam ius hoc a Caesaribus acceperint,  
alij vero ab ipsis Principibus, partim liberali dono, partim  
vero magnis meritis, partim deniq. pecunia, aut etiam  
vi sibi comparaverint. De novo tale aliquod ius cūg  
dare Caesar prohibetur Capitulationis LL, olim vero  
ante tempora Caroli V. idem obtinuisse haud equidem  
affirmaverim.

S. 15. Vix ulla lesp. salva esse potest sine tributis  
Ita enim penē sese res habet, ait ille apud Tacitōn; non  
quies gentium sine armis, non arma sine tributis ha  
bentur. Abstinerunt tamen a tributis, quātōm id fieri  
potest (1) iustitiae causa (2) Seditōnis evitandae  
et tranquillitatis conservandae: ex contributione enim

gravissimi motus solent existere, non cum pecunia sit  
 minima relictis subditorum, et ipso penè sanguine charior,  
 nulli videlicet et sudore parva et labore, in illa eroganda  
 contribuendaque diu sunt admodum et difficiles, altero  
 vero tanto duriores, si videant contributam à se pecuniam  
 luxuriose ab Imperantibus prodigi. Quapropter si necessitas  
 Reip. exigat, ut tributa exigantur, danda est opera, ut oēs  
 intelligant, si salvi esse velint, necessitati esse parendum, et  
 hoc ut persuadeatur populo, duo quoque requiruntur, 1. ut illi,  
 qui praesunt Reip. parce ac duriter vivant, ne periculum  
 infirmiori queant, et ita intelligatur à populo, diu persatores  
 et administratos pecuniae publicae non dnos eos esse. 2. Ex po-  
 pulo constituendi, qui praesint avario, et ipsi videant, in  
 spem non usus convertatur pecunia publica. Observandum  
 tamen est, vix reperiri aliquam mentionem in universa Imperij  
 historia tributi pecuniarj universalis Imperij, esse olim aliud  
 genus tributorum fuerit in usu armorum sc: et pecudum,  
 vel vero etiam coriorum. Ante vero Fridenci III. Caesaris  
 tempora tum demum sc: ingruente Turrica vi, haud reperi-  
 as fenerè tributum aliquod pecuniarum fuisse extractionem. Cuius  
 rei merito causam dederis haec duas. (1) rarissimè fuit  
 per Germaniam pecunia usus, ac proinde in publicum con-  
 tribui sine magno damno haud potuerit (2) quia olim

ea fuit ubertas fisci atq; ararū publici, ut tributo dicto ad necessarios Imperij usū non fuerit opus, Longobardis quae hic monet Auctor ex Cicero, additq; §. 20. propria ad hoc argumentum nostrum non pertinent, utpote cum in genere factum agam de iure et utilitate ea noxa quae Resp. soleat capere ex contributionibus. Quae res tractanda est in ipsis Politicis, cum ad hoc institutum factum pertineant illa quae proprie Imperio Germanico.

§. 21. Jus indicendorum tributorum Imperij ad comitia pertinere, definitionem quoq; ex disertis in pacis Instrumento, quod nobis iam est pro lege publica.

Cetera etiam. Illorum bonorum, quae Reip. oneribus subleuandis publica sunt, non in omnibus Rebusp. eodem se habent modo: nec de hac re quicquam est s. natione s. gentium, s. perpetuo aliquo iure civili constitutum: ac proinde inde ex consuetudine et moribus Reip. iuris nihil temere colligendum est de Rebusp. alijs, sed simpliciter attendendum, quid in quaque Rep. hac de re seu lege seu consuetudine constitutum sit. Ceterum apud Longobardos, qui deinde ad publica bona omnia metalla recondita, omne ius venandi, piscandi, reditus salinarum, et similiter inter bona publica fuisse numerata haud difficulter apparet ex cap. un. quae sint regalia. Quin imo in Germanico

Regno idem ius videtur iam antiquis temporibus obtinuisse, uti apparet ex antiquis concessionibus et tabulis Caesarum et Regum nostrorum, quarum hodie hanc exigua copia superest in archivis cum alijs, sum præcipue Episcopatum et monasteriorum. Hodie n. qd. talia bona in multorum etiam privatorum possessionem devenerunt, verum factum id est, partim donationibus, partim venditionibus, partim denique negligentia Regum, Caesarum nostrorum; Sed et illi, ad quos à Caesaribus hæc omnia primum devenere Principes scilicet alijque deinceps hominibus privatis bona istæ concesserunt. ipsorumque ante diximus titulis. Ut proinde minime hinc possit colligi, etiam olim privata possessionis bona istæ fuisse.

S. 23. Proceres libere statuunt. Libere de his quidem statuunt proceres, habito respectu ad totum Imperium: non tamen in singulis ditionibus Principis potestas statuendi libera est, habito respectu ipsorummet provincialium subditorum. Et verò ipse Auctor paulo post coactus, pene est fatens extraordinarias collectas non nisi subditis volentibus imponi posse; sed et ubi ius venandi, aucupandi, piscandi, et similia iam devenere in privatorum possessionem, tamen de ijs libera statuendi facultas non est Principum.

S. 24. Dependens effective. Obscurus est, et insolens sermo. Sensus verò hic est: Et si singuli ordines Imperij abstringantur.



Conditionem Imperialium, quo minus liberi et ex arbitrio  
suo de rethgalibus, iure cuderda moneta, alijsq qreant  
constituere in ditionibus suis, tamen summa potestate, atq ad  
majestatis iuribus plenis in suo territorio fruantur.  
Verum impossibile est, ut quis plenam habeat summam potestatem  
statem regenda Reip. qui alijs LL. est devinctus, ac  
proinde frustra laborat S. N. pro plena summa potestate  
possessione ordinibus Imperij vindicanda.

S. 25. Quidem commoti. Notat hic facite A. Knichen  
um recte docere Civitatibus Imperialibus eandem competere  
superioritatem, quae Principibus competit. Et verò etsi illa  
superioritas Principum, die Fürstliche Hof Obrigkeit  
atq adeo hactenus nomen illud potestati, ut iuri civita-  
tum Imperialium haud conveniat, competit tamen appella-  
tio de Hof Obrigkeit, quae eadem plane est cum ea,  
quae die Fürstliche Hof Obrigkeit appellatur. Observan-  
dum verò est, omnes Civitates Imperiales aequè participa-  
re illam superioritatem, sed alias magis, alias minus  
ut proinde vix liceat in univrsum unum aliquod de  
omnibus Civitatibus Imperialibus pronuciare. Certè quod  
attinet ius praeturae criminalis, est illud in plenisq  
Civitatibus Imperialibus vehementer restrictum.

§. 26. Nisi privilegij civitates Provinciales nonnullae  
 Principibus suis s. aperta, s. facta diuturna concessione  
 magnam nocta sunt ferendam LL. perinde vero atq  
 privilegia condendorum Statutorum s. LL. data civi-  
 tatibus Provincialibus in duplici illa sunt differentia. Ac  
 proinde licet Principibus Statuta urbium Provincialium  
 tollere et confirmare, non semper tamen certe non tum qu.  
 civitatibus illis libera data et constituendorum Statutorum  
 potestas, et quidem irrevocabiliter. Quamquam autem  
 hoc l. illud factum sit, non aliunde potest decidi, quam  
 ex LL. et consuetudinibus singulis civitatibus propriis, nec  
 vero hac in re quicquam omnibus est commune.

§. 27. Quod necessarium fuit ijs. Primus Joh.  
 Bodinū videtur negasse iura maiestatis posse decidi in  
 plures, atq adeo mixtam posse Reip. speciem. Est a-  
 hac sententia plane ab omni ratione aliena, ut et usui ple-  
 nissime Lenox. Saltem Europae repugnat. Bodinū vero  
 sequuntur illi, qui monarchiam crepant Imperij Germanici. Bene-  
 però Autor illos perstringit per universam maiestaticam qdem  
 Caesaris potestatem extollunt, agentes v. de singulis, in quibus ma-  
 iestatica illa potestas occupatur, plane agant alij, Et vero  
 ubi met ipsis illi, qui ita sentiunt, contradicunt.

AD CAPUT XV.  
de  
JURISDICTIONE SPECIATIM SIC  
dicta.

Postquam Lampadius noster prosecutus est illa omnia  
quae faciunt ad potestatem legislativam Imperij Germanici  
pergit jam porro ad ea, quae pertinent ad potestatem  
reddendi iuris, h. e. ad jurisdictionem proprie ita dictam.  
Quam doctrinam persequitur integris capp. 4. proximis  
usq. ad 19. ita tamen ut cap. 15. jurisdictionem speciatim  
non attingat, sed usq. ad §. 22. generatim philosophetur  
de jurisdictionis subiecto, differentijs, Objecto a §. 22. usq.  
ad finem cap. persequatur naturam jurisdictionis, prout  
illa sese habuit in Imperio nostro Romano: unde facile etiam  
apparet, cum propositum duntaxat nobis sit, illa omnium  
commentario illustrare, quae ad Kemp. Imperij Germanici  
proprie pertinent, non esse quare in commentando ad  
cap. 15. commoremur. Id tamen meretur notari: etiam  
illam doctrinam ab Authore nostro adeo ingeniose et ac-  
curate propositam esse, ut plerunq. aliorum industria  
am et operam longo superaverit intervallo.

§ 3. Subiectum alicuius affectionis s. qualitatis, aliud  
est proprium, aliud improprium s. plane per accidens  
seu per

seu per aliquam participationem. Itaq; et Jurisdictionis  
 seu potestatis reddendi iuris in Rep. qualibet aliud idem  
 est subiectum proprium, aliud improprium. Proprium est  
 illud, cui primum et per se potestas Jurisdictionis inheret,  
 Improprium autem, cui fortassis inest, sed per denegationem  
 aliquam, ut ita loquar, subiecti proprii. Recte vero et tandem  
 concludit sub finem d. s. proprium subiectum Jurisdictionis  
 esse Reip. quamvis liberam, clarius tamen potest dici  
 esse illud summam potestatem cuiuslibet Reip. quae quoniam  
 alibi est peres unum, alibi peres paucos, alibi peres omnes,  
 idq; vel simpliciter vel mixtim, hinc adeo quod ipsa  
 Jurisdictio primo et per se in Rebusp. sese habet, prout  
 summa potestas illa ratione subiecti variis modis sese habet.  
 Improprium autem subiectum Jurisdictionis sunt Magistratus  
 aut iudices, quibus hinc dicendi potestas in qualibet Rep.  
 a summa maiestate est concessa. Cum autem Magistra-  
 tum ratio proprie non tangat ipsam vim Reip. d. potestatis  
 ipsa summa potestas, hinc facile apparet, cum primis  
 attendendum esse in singulis Rebusp. peres quem sit po-  
 testas iudicandi, non dependente atq; commissione,  
 sed potius cuiusnam competat primo per se atq; independenter.  
 S. 6. In omni negotio. Optime Lampadius noster definit

Objectum adaequatō potestatis iurisdicendi esse negotiū  
tūm s. civile, s. criminale, circa quod iustitia vi legis  
venit administranda. Et verò quod vulgò aliter soleat  
mūs loqui ac criminalia negotia aut speciatim hinc  
dada iurisdictione divellere, id verò sit duntaxat imi-  
tatione Romanorū veterū, qui vocem iurisdictionis  
varijs modis accipientes, obscuritatem aliquam rei per se  
clara induxerunt, praesertim postquam veteris et recentioris  
aui scripta Ictōnū in unū conflavit Tribonianus  
antiquorū recentiorūq. morū distinctione non attenta.

§. 19. Furto. In Imperio Germ. furtivum non multo  
q. pena capitali afficitur. Et verò creditur hoc ita  
constitutum esse demum Friderico I. Caesare. Verum itaque  
qui statuerunt, plurimum falluntur abrepti in errorem  
quod in Corpore Iuris Rom. à primo hoc Friderico  
demum lata in illam sententiam lex legatur, cum tamen  
furto capitale penam iam dudum antiqui Francorū  
leges et Caesares posuerint, cui liquet, si non aliunde  
saltem ex libris capitularium Caroli Magni.

§. 20. Iure Magistratus. In iure civili Rom. illa quae  
expedienda veniebant ratione officij ordinarij, dicebantur  
iure Magistratus competere, quae verò extraordinarie con-

missa erant, lege competere dicebantur. Et vero ubi vis  
 ferarum usu hoc solet venire, ut nonnulla simpliciter  
 ad officium alicuius magistratus pertineant, alia vero  
 extra ordinem committantur alicui, qui magistratus surgitur.  
 Quoniam vero omnis illa commissio dependet ab arbitrio  
 summae potestatis, hinc adeo fit, ut illa, quae extra ordinem  
 committuntur, possint recipi paulatim in officium ordinatum.  
 Contigit hoc ipsum sane etiam apud Rom. atq; adeo,  
 quae lege primum et extra ordinem, umi atq; alioi Bro.  
 Consuli aut Praetori fuerant commissa, illa sensim in ordi-  
 narium officium Praeconsulum et Praetorum recepta sint.

§ 31. Unde ratiōe. Quaestio haud vulgari inter-  
 pretes Romani iuris, quare aliud Imperium merum,  
 aliud mixtum dicatur. Et vero sententiae desunt ea de  
 re admodum variae. Lampadius noster arbitratur mixtum  
 aliquod Imperium dici non ratiōe objecti, sed circa quod  
 versatur, id, qui ius dicit, sed ratiōe subiecti, quod nempe  
 interdum unus aliquis habet potestatem duplicem, quae alias  
 non nisi simplex varijs et diversis competebat: nempe cum  
 Imperium proprie denotat vim exequendi id, quod sententia  
 definitum est, apud Rom. illam vim ex parte tributam esse  
 nonnullis, qui habeant potestatem ferendi de facto, atq; ita illud

Imperium captum dici mixtum, h. e. compositum quod  
cum potestate ferenda sententia, atq; hinc merum Im-  
perium appellatum esse. Quae interpretatio Antonis non  
perfecto meretur rejici, etsi poterit etiam ratione Ob-  
jecti mixtio quaedam fieri aut mera potestas relinqui,  
si summa potestati hoc aut illud placuisset.

Ex sublimi disciplina. Per sublimem disciplinam A.  
intelligit civilem prudentiam, modo loquendi haud satis  
~~liber~~ itate; quia a. addit, illam ad huius prudentiam pertinere  
nisi commoda interpretatione exponas, multum abire a  
vero, nec enim iuris Romani peritia pertinet ad poli-  
tica. Interim tamen verum est, exactam Rom. iuris pro-  
prie dictam prudentiam, citra usum Politicis, adduci non  
posse. Quoniam vero libro de civili prudentia cap. 3.  
et in Praemio ad Opus Hopperianum de convenientia  
et diversitate iuris Rom. peritia et prudentia civilis  
actum est, nihil est causa, quare nunc isti rei exponen-  
da immoremur.

S. 33. L. 3. de iurisdictione. Ulpianus L. illa 3. ex-  
ponit, quod etiam apud Rom. sua aetate Imperium me-  
rum et mixtum, ~~et~~ aliquo modo quae iurisdictionis  
vocabulo venerit. Non autem docet, quid factum fuerit  
ut talia vocabula in usum apud Rom. populum venerint

Quae vero Lampadius noster de illorum prima origine  
 descendit, pervidetur verisimilia. Et vero tantum ex usu  
 Romano, vocabula isthaec invaluisse, vel inde patet, quod in  
 alijs Rebus antiquis, vocabula ista nullo fuere in usu,  
 aut vero in alia significatione. Certè apud Germani  
 et mixti Imperij vocabula, planè sunt ignota, si loquamur  
 lingua nostrata. Nec vero nisi ex hoc titulo de Jurisdic-  
 tione in fori usum vocabula venerunt. Vulgo apud nos Ger-  
 manos longe est distinctio celebrior Jurisdictionis in Ober, und Unter  
 Gerichte, limitibus utriusque novis secundum constitutiones  
 cuiusque provinciae longe magis utile est, quam et mixta  
 Imperia, totam Jurisdictionis Romanae veteris rationem  
 intelligere.

§. 35. Ex Lege Valerij. Ex eo in tempore populo Rom.  
 competijt tunc dicenda sententia de capite Civis; perinde  
 ut hodie in Regno Poloniae de capite Nobilis Poloni, ut et  
 in Dania de capite nobilis Dani. jus est comitionem exe-  
 quendi potestate sola, atq; adeo mero Imperio citra ullam  
 Jurisdictionem commisso Praetoribus parricidij, vel Trium-  
 viris capitalibus.

Transierat iam. Post exactor Leges tota Jurisdictio  
 criminalis simul, ut et Imperium penes consules erat.  
 Dirinxit hoc et amovit Consulibus Lex Valeria popu-  
 lo Romano Jurisdictione, Imperio autem mero Praetoribus commisso.



Hinc videmus Praefores. Intelligi haec debent  
de Praeforibus urbans, non autem Provincialibus, quoniam  
tamen munus primario maximam partem erat pene-  
ro consules, antequam qd. Caesaris pro sua potestate re-  
gia varijs modis haec constituerent.

## AD CAPUT XVI.

de

### JURISDICTIONE CAESARIS ET CAMERAE Judicij Spirensis.

Duo hodie in Imperio nostro Germanico sunt summa  
Judicia; alterum Camera Spirensis quod appellatur; alterum  
non Judicium aulico-Caesareum. Utrumque quoniam et quare  
ratione fuerit institutum, explicavimus in Disp. de Ju-  
dicij a n. 95. usque 101. non meminit vero Auctor Judi-  
cij aulici, idque indubie, quoniam de auctoritate illius  
istae aetate adhuc dubitabatur, ne in alteram partem  
aliquid asserendo, invidiam sibi aut etiam odium poten-  
tium conciliaret. Disputat vero Auctor initio de auctori-  
tate Judicij Spirensis.

S. 15. Et quidem recte satis definit, et si iudices  
Camerae sint quasi summi magistratus in iudicando,  
primario tamen et per se per illos minime dicere, sed  
per se ac primo habere iurisdicendi potestatem competere

summa Imperij nostri potestati. Ceterum non illa summa  
 potestas in Cesare solo, an vero simul etiam ex parte in  
 ordinibus quos Imperij sit collocata, haud fortassis minus  
 bene ab auctore nro est expeditum. Enim vero ita ille  
 disputat ad §. 7. quasi a solo Cesare vis istae commu-  
 nis iudicandi dependeat; opponens sese auctori dno Grund-  
 risan utermissis, et accedens Laurmeisteri doctrinae  
 appenadmodum ille proponit lib. 2. de iudic. c. 6. Et vero  
 ipse auctor §. 7. fatetur de iudicio illo constituendo non  
 fuisse fas soli Cesari legem ferre. Fatetur §. 8. Cameram  
 proad subiectionem, formam et modum expediendae iurisdictionis  
 communi statuam et Caesaris auctoritate institutam esse.  
 Fatetur §. 9. oportere communi Procerum consensu insti-  
 tui Cameram etiam iurisdictionis potestatem accipere.  
 Fatetur §. 10. nec aboleri Cameram posse nisi et Caesar  
 et Proceres pariter conspirent. Fatetur deniq. §. 11. Insti-  
 tutionem Camerae et expediendae iurisdictionis modum  
 et rationem a communi Caesaris et ordinum consensu  
 procedere. Si autem haec vera sunt, ut sunt verissima,  
 ista summa iurisdictionis non omni ex parte plena et perfecta  
 competit, in huius arbitrio est collocatum iudicia apta  
 constituere, dare iudices delegatos, et deniq. formam,

modum iudicij prescribere. Frustra itaq; est, A. incedendo  
demonstrando saltem totam jurisdictionem summam iudicij  
Caesaris esse. Nec vero argumenta etiam A. cuiusq; iudicij  
sunt momenti, quibus ille suam sententiam conatur de-  
fendere. Quod sane d. 1. tanq; fundamentum hinc locat  
omnia soli Caesari competere, quae vi capitulationis  
ad ordines translata non sunt, id probe quidem se habet  
modo tantum ea, quae disertis verbis et sigillatim ordi-  
nibus sunt tributa intelligas, verum ponas, esse involuta  
illa communi formula iurium et consuetudinum ordinibus  
competentium, quasi se: omnia facta facta ordinibus ser-  
vatum eligendum Caesar sancte promittit. Nec ullius  
momenti est multitudo iuris novissimi scriptorum per  
Lauermeysterum adducere scribit A. d. 2. omnes siquidem  
illi ea haerere, ut ita loquar, fuisse infecti, quasi iura  
Caesarum nostrorum sint eadem cum iuribus Imperato-  
rum veterum Rom. aut etiam ipsiusmet Justiniani.  
Nec omnino verum est, quod d. 3. tradit ex consensu  
Austriacae de iudicij institutione ante institutionem  
Camerae iudicium, solum Caesarem summa potestate  
iura in Imperio reddisse, constat sane ex Disp. de  
iudicij Imp. Germ. proxima Camerae institutionem

Antecedente tempestate actū quidem et reapse in iure  
 dicendo solius Caesaris summam potestatem fuisse attentam,  
 rarissima tamen aliqua facta ad aulla Caesaris iudi-  
 cium appellatione, quoniam negare nolum ante gressus seu  
 potestatem jurisdictionis Caesaris minus limitatam fuisse po-  
 testatem, usq̄ adeo, ut quocūq̄ locorum per Imperium  
 Caesar appellaret omnis iurisdictionis facultas um̄ illi com-  
 peteret, quemadmodum ex illis, quae alibi de iudicijs disce-  
 riuntur, manifestum est, sed et uti in pluribus alijs Caesaris  
 parti sunt minus iura suae potestatis, ita et circa huius  
 jurisdictionem sensim Caesaribus multum perisse, certe perire  
 potuisse, non est, quod dubitemus.

Haec controversia acriter ante haec fuit disceptata  
 Principes correspondentes s. uniti pro auctoritate Caesaris  
 pugnant, cuius Caput Elector Palatinus, et Branden-  
 burgicus, ab altera parte Ligistae seu adherentes sacrae  
 Ligae, Saxoniae Elector. Vid. Disp. Conringij de Germ. Adict.  
 hodie vero illae lis sopita, nemo n. auctoritate Caesaris  
 vel mutare audeat, sed dicitur ius in Camera, et extra Camera  
 nomine Caesaris et ordinum simul s. Caesaris auctoritate,  
 tq̄ a primario istius iudicij capite. Et solius Caesaris  
 auctoritate ius in Camera non reddi probatur d. ex eo, quod

institutio Camere ab ordinibus et Cesare fit. 2. quod  
Cesari non liceat iudicij ordinem hactenus usitatum  
absq[ue] ordinum consensu mutare. 3. quod propria aucto-  
ritate Cesar novum iudicium summum non possit insti-  
tuere, per seculum 13. 14. 15. Summum iudicium exigu-  
am habuit utilitatem a. quia omnia tunc ita erant per-  
turbata, ut penè dixeris non esse amplius temp[us] obtine-  
bat n. tunc temporis chirothecam D[omi]ni Faust[us] R[ati]st.  
2. Rara quoq[ue] erant liter.

Quæritur: Si hodie licet intendatur Cesari ipsi,  
quisnam debeat iudicare? Respondent nonnulli Electorem  
Palatinum debere iudicare, quod in ipsa A. B. definitione  
reperiatur, verum Imperator hodie non patitur sibi ius  
dici q[uod] est Archidux Austria, quia privilegio exentus  
est iudicio Imperij. In Ducatu Brunsvicensi potest licet  
intendant ipsi Principi sub nomine Praefecti s. fiscalis,  
ipse tamen tenetur iudicium solvere in iudicio Aulæ,  
Soffg[er]m[us]. Henricus IV. Otto IV. Ferdinando II. digni-  
tate exuti ab ordinibus, Wenceslaus vero ab Electoribus  
tantum.

S. II. Usq[ue] dum. Non olim nec usq[ue] ad maiorum celationem  
tunc de iurisdictione summa Imperij esse habuisse fortasse

indicijs magis hinc inde probatum est in Disp. de iudi-  
 cijs Imp. Germ. et si ea, quae à Gaio Marfingero, Laur.  
 meistro alijsq. in contrariam sententiam disputata sunt haud  
 tenere saltem ob auctoritatem tantorum virorum rejecit.

Caesaris maiestatem. Huic doctrina enira olim fuit insti-  
 tutio iudicij aulici Caesarei. Caesarem enim instituto iudicio  
 Spirithi sibi adhuc reservasse pro temporis ratione iuri-  
 dicandi potestatem, atq. ita simul libero arbitrio ipsius  
 fuisse reservatum novum aliq. iudicium instituire. Quae  
 de re, quae fuerit ante foedale bellum ordinum sententia  
 quae tandem ratione et pro tempore iudicium aulicum ab  
 omnibus ordinibus saeculis probatur, breviter exponitur  
 §. 10. Disp. de iudic. Imp. Germ.

§. 12. Recipit Imperator. Ex illis quidem verbis capituli  
 rationum plena vis iurisdictionis Caesari collata, colligi non  
 potest, sensus n. omnium hic tantum est, quod Caesar no-  
 lit huius forte viribus abusus quemquam in iudicio per  
 sententiam iniquam opprimere, aut pati quisquam opprimat.  
 Tale certi quid promittere potest omnis, qui iurisdictionis  
 tantum partem obtinet.

§. 13. Proscribere posse. Antiquissimis temporibus perpe-  
 tua consuetudine usq. ad §. 36. vim, auctoritatisq. pro-

scribendi Principes, aliosq. Imperij ordines non fuisse  
unius Caesaris, late ostensum est in Disp. de Jurid. a. 53.  
usq. ad 53. attamen ab initio usq. seculi 16. Caesaris sibi  
solus proq. novo exemplo sumptis auctoritatem illam  
proscribendi, nec communi ordinum consensu recla-  
matum esse, nec tamen non multos huic rei sese oppo-  
suisse, deq. ea conquestor esse itidem ostensum est  
eiusd. Disput. S. 65.

In revisionibus. Non tamen quisquam hoc conce-  
dit, videns quidem revisiones Camere instituta partim ab  
ordinibus, et quidem iis, quibus nunquam demandatum non  
a solo Caesare, sed auctoritate Comitionum. Esti vero par-  
ratio revisionis non obtineat in iudicio aulico Caesareo  
cautionem tamen est, idq. non uni Caesaris, sed simul  
et reliquorum ordinum Imperij decreto, ut Moguntinus  
elector revisionem sibi iusto tempore instituat, nec ven-  
etiam Moguntinus vult videri fungi sese hoc munere  
sq. Caesaris delegatum ministrum, sed sq. eum, cui illa  
data sit potestas, vi atq. auctoritate omnium Imperij ordinum.

Nec unquam proscripsi. Imo vero huic sententiae  
acriter contradixerunt omnes iudici, qui appellabantur

trines, et proscribitur Salatinus Elector Fridericus V.  
 et alios faciam: et si idem in. sit certum, multo Enri-  
 pes ad tales proscriptiones filiusse; indubie vero deceptor  
 a consiliariis suis, qui Caesarem jurisdictionem ex solius  
 Maximiani praescripto metiri, edocti erant.

§. 15. Sed si inter. Proximis aliquot lectionibus  
 usq. ad 22. sect. agit Auctor de competente jurisdictione  
 in illis controversiis, quae inter Caesarem et Statum oriuntur,  
 et quidem quam optime illas dividit in duas classes, nempe  
 in eas, quae Caesarem ut Caesarem, et quae illum sq. Enri-  
 pes alicquem Imperii fungunt (haec repetuntur §q. §. 15.)

§. 16. Si ut Caesarem. Bene Auctor distinguit contro-  
 versias, quae Caesarem, in quantum et Caesar possint fungere, in  
 duas classes: nempe in eas, quae Caesarem fungunt ratione  
 potestatis imperandi. De prioribus agit in hoc §. de  
 posterioribus usq. ad 21. Ceterum quid sentiendum sit de  
 his, quae ab Auctore nostro differuntur ad controversias de  
 potestate imperandi pertinentia, ex iis, quae supra disputa-  
 vimus, facile apparet. Nec n. verum est, quod h. l. sq. funda-  
 mentum subvertitur, omnem jurisdictionem primo et per se  
 uni Caesari competere, certe quoniam ordinibus competit  
 huius instituti remissiones sententiarum in utroque iudicio  
 huiusmodi pronuntiationem facile apparet, saltem ipsam aliquo



modo iurisdicendi potestatem agnoscere ordinum  
quam maximam vim esse atq. auctoritatem.

§. 17. De eo etiam invitus contradictionem in  
adiecto, ut dicunt, involvit, habere summam potestatem  
iudicandi, et cogi etiam invitum iudicium suscipere.  
Nec profecto, quod de Regibus Galliae hic adfertur, con-  
trarium probat, utpote cum sit incertum, secundum quod  
antiquae Reip. Gallicanae iura, uni Regi summam iu-  
risdicendi potestatem concessam haud fuisse. Et verò  
Gallia quidem olim gubernata fuit more Germanicorum  
gentium communi, et quae hic iurisdicatio summa uni  
Regi nunquam concessa fuit, ut proinde, quid sit senti-  
endum de iurisdictionis maiestate, quoniam Caesari velle  
competere R. nr. vel ex eo, quod isdem ille cogatur  
etiam invitus iudicio se submittere, manifestum est.

§. 18. Ita quidem olim receptum more fuit et consti-  
tutum quoque in libris feudorum, atq. adeo hoc ipsum est,  
quod nos alibi demonstravimus, omnes controversias de  
Principibus et alijs magnis Imperij feudis non solvere  
Caesarem, sed etiam simul pares curiae indicasse. Caterum  
infra haec 100. amplius annos atq. à Carolo V. usq. solus  
sibi potestatem iudicandi de rebus Imperij feudalibus

Cæsares tribuente nullo consensu parium Curie indito  
se feudis maximis suis dixerunt.

§. 19. Ad Palatinum Electoris. Ex A. B. non satis liqui  
apparet, de quibusnam controversis iudicare ius sit Pala  
tino, quapropter etiam Latroni aetate adversi scriptis ea de  
fuit disputatio. Notandum tamen, quod vix ullum repen  
tur exemplum, ubi Palatinus dixerit ius iure Cæsarem reum  
aliors. Ac proinde cum moribus sane iudicium nunquam fere  
receptum, non est etiam, quod illa auctoritate sumus multum  
solliciti.

§. 20. Bene disputat A. Electoribus solis iurisdictionis  
non competere potestatem animadvertendi in Cæsarem, si forte  
deliquerit in Kemp. et vero olim quidem aetate nim. Henrici IV.  
Othonis IV. et FridERICI II. ipsa ordinum comitia hoc ius sibi  
arrogasse manifestum, probatur. Disp. de iud. §. 43. Cete  
rum solum proq. Electores hoc ius exercuisse in Wencelauri  
nullo ordine reclamante, nisi quod urbes pleraq. stare  
illa sententia noluerunt, itidem negari haud potest. Obser  
vandam porro est, ipsosq. Papas Romanos in Cæsares no  
stris male, ac de Reip. nomine arrogasse sibi iurisdich  
onem, exercuisse non semel, qua de re latius disserimus eisd.  
Disp. §. 44. 45. 46. et 47.

§. 22. Novam hic quasi orditur A. n<sup>r</sup> dis p<sup>r</sup>efati  
onem, ut enim clare appareat, quænam proprie ad A. n<sup>r</sup>  
dictionem Spirensis Camera pertineant, nec ne, usq<sup>ue</sup> ad §. 47.  
accurate satis proponit, quæ sint subd<sup>u</sup>cta illius t<sup>er</sup>ri  
dictioni. Atq<sup>ue</sup> ille quidem eâ est in sententiâ, o<sup>m</sup>nia isthac  
soli<sup>us</sup> Cesaris Jurisdictioni sub<sup>u</sup>cti. Verum jam tum  
ante monuimus, hæc in re modum excedi ab Auctore nostro  
facile autem ex subsequen<sup>t</sup>ibus item patebit ex parte deberi  
et illa ordinem Imperio. Hæc verò Auctor noster progre<sup>ss</sup>  
in argumento hoc tractando, ut seruet illa, quæ subd<sup>u</sup>cta  
sunt Camere iudicio, vel ratione rerum, vel personarum  
vel territorij subd<sup>u</sup>cta esse, atq<sup>ue</sup> de ijs quidem, quæ ad t<sup>er</sup>ri  
torij<sup>um</sup> faciunt, tractat Auctor §. 23. Quæ ad personas  
et quidem extraneas §. 24. Quod verò attinet res iuris  
dictioni ist<sup>ius</sup> denegatas, versatur in ijs, probe separandis A. n<sup>r</sup>  
usq<sup>ue</sup> ad §. 47.

§. 23. Exiit<sup>ur</sup> Italia. Etate Caroli V. ne<sup>u</sup>quam  
fuit excepta Italia à Jurisdictione Spirensis Camera, illo  
enim imperante, non urbs Sena d<sup>u</sup>ntaxat, sed etiam ipsa  
urbs Florentina à Camera proscrip<sup>t</sup>a fuit. Cæterum,  
posteaquam Ferdinando Cesare iudicium aulicum fuit  
constitutum, huiusmodi controversiæ omnes ad solum iudicium  
cium

ciūm aulicū tracta sūt, sententibus Imperatoribus sive dignitatis interesse, minū non nihil auctoritatem Camere, ut pote ex parte dependentem ab ordinibus, atq; adeo danti oporam, ut magis, magisq; iudicij sui aulici auctoritas exheretur.

§. 24. Nec Promotionales. Camere jurisdictionem non extendi ad personas externas, facile conjectū est, Ceterū an non possit promotioalis impartiri, ardua est questio. Et verò usus rerū civilium exposuit, ut unū cuius iudici fas sit, promotioales impartiri, utpote quæ nihil planè ad maiestatem s. summam jurisdictionem pertineant, atq; adeo soleant dari ab ijs iudicijs, qui longè inferioris sūt conditionis.

§. 26. Causarū matrimonij. Causa matrimonij florentissimis etiā reb; Christianorū visa sūt perfringere ad veri spiritualia. Et verò matrimonium sit contractū quodam, non Ecclesiastico, sed civili: per accidens enim fit, quod illi contractūi solemni, semper intersit Presbyter: occasione prima accepta ex eo, quod matrimonium inters septem sacramenta numeretur. Depulsa verò illa majorū superstitione non est quidem, quare velimus spiritualibus reb; matrimonium accedere, ex

antiqua tamen consuetudine passim ferrarum, etiam  
ubi reformatio facta Ecclesia solet matrimonium in cen  
sum venire negotiorum Ecclesia.

§. 27. Bona feudalia alia habent conjunctionem ali  
quam regalem dignitatem s. iura regalia, alia non habent  
de prioribus hoc §. 27. de posterioribus sqq. §. §. agitur.

Diserti Casari. Casari ne soli remanent illa iu  
risdictio, cui verò etiam relicta sit cuncta paribus atq  
adeò Procenibus s. ordinibus Imperij haud exigui mo  
menti est controversia. Quae nostra sit sententia, pa  
tet ex Disp. de Iud. Neg. verò quod in ordinat. Camer  
unius Casaris fiat mentio, Procenes alior cuncta pa  
res excludi, colligi rectè posse demonstravimus.

§. 31. Cuius ut constitutio. Hodie ius dandi facultate  
fem dandi sessionis in Comitibus Imperij simpliciter uniùs Ca  
saris esse, iam fieri supra monstravimus. An vero mota deinde  
controversia, decidere illam solius Casaris sit, nondum certo  
constat. Si tamen eius huius est constitutio et redditio, non  
potest non illud ius ad ordines Imperij simul pertinere.

§. 33. An simpliciter soli Casari ius sit à Typographis  
et pictoribus, qui sanctos libellos ac picturas eidem per  
exigere, profecto tenere Principes Imperij concesserint. Ad verum

et certius solius esse Caesaris, exigere penas à Typographis et pictoribus sacrosæ in publicis nudiis vendentibus, item ab illis Typographis, qui non observant privilegia à Cesare data de non recidendo.

§. 34. In universam omnia delicta, quæ circa rem nummariam committuntur, Camera Spirensis Jurisdictioni exenta sit atq; adeo ad alios pertinent.

§. 35. Capitulationis Matthia. Capitulationibus illis obstrictis quidem est Caesar, ubi det operam, ne quæ civitates Imperio mediate subiecte, ius cuedendi monetam præter fas sibi vendicent, aut monetarias LC. publicas vident: non tamen uni Cesari datum est ius illud, a Principibus restitutum civitates sibi subiectas, si delinqunt, punire.

§. 36. Præter permissionem. Ad circulos sc: quosq; pertinet ius rei nummaria instituende, in quantum illa non est constituta et decisa LC. publicis univrsi Imperij. Quod si itaq; circuli non faciunt officium suum, Cesaris tanquam univrsæ Reip. summæ capitis est, negligentiam aut violentiam publicanum LC. coercere.

§. 37. Mündina illæ publicæ sunt Imperij, quoniam però urbs illa Rheno propinqua est, et videatur quam maxime interesse Principum illorum Electorum, qui ad Rhenum habitant, ne quid vitij committatur in nundinis

istis prudente consilio curatio nundinarum utarum  
simul commissa est Principibus Electoribus ad Rhenum  
habitantibus h. e. Moguntino, Colonienfi, Treverensi ac Palatino

§. 39. Cura hac Saxoni et Brandenburgico mandata  
restringitur ad solum circulum superioris Saxonie.  
Quod notandum est, ne quis erret, propterea quod hodie  
Brandenburgicus Elector plurima possideat simul ad  
circulos Saxonie inferioris et Westphalie pertinentia.

§. 41. Jam tum supra monuimus, illa quae ad focum  
Imperij publiciorum pertinent feudalia bona ab antiquissimis  
temporibus Caesaris et pariter curiae iudicio subfuisse.  
Quod itaq; illa Camera ordinaria iurisdictioni fuit  
subducta, factum ideo est, quoniam in Camera qui iuri  
dicunt, non sunt pares curiae rerum tantum feudaliura  
de quibus potest esse controversia. Interea vero certum est  
valde esse familiare, tales res ad Camera Spirosensem  
deferri, et si non nisi post delegatam a Caesare iurisdictionem

§. 44. Quod ius proscribendi a. a. Banno absol-  
vendi delegatum sit Camera inconsulto Caesare, itidem  
certum est, ex antiquissima consuetudine Germaniae quae  
uni cuius ius dicebatur non nisi paribus curiae iudicio  
assistentibus, quodq; adeo in Camera nulla reperiantur Curiae  
pares, ratione quidem ordinum Imperij.

§. 46. In personalibus. Non levis tñ. hæc de re  
fuit controversia inter assessores Camera et urbem Spira  
m, urbe jurisdictionem sibi vindicante impersonalia delicta  
Camera assessorum, quæ de re utriusq. varia sunt scripta edita,  
quæ legi atq. expendi merentur.

§. 47. Posteaquam A. enarravit. quoniam ad Jurisdictionem  
non Camera hæud pertineant, in sequentibus usq. ad finem  
huius Capituli pergit docere quoniam itaq. proprie Jurisdictioni  
Camera subiecta sint, quoniam vero vel recta in prima  
instantia, vel per appellationem demum causa ad iudicium  
illud deferri possunt. De ijs, quæ prioris sunt generis usq.  
ad §. 73. de ijs autem quæ posterioris sunt ordinis à §. 73.  
ad finem usq. Capituli pertractat. Similiter, quoniam illa, quæ  
recta pertinent ad Camera, pertinent isthuc vel ratione  
rationum, vel ratione personarum, de rebus, et quæ isthuc spectant  
agit itidem à §. 49. ad 72. Quæ ad personam attinent, paucis  
attingit §. 72. Quoniam porro res in facto, vel in bonis patri-  
monialibus consistunt, ut recte docet §. 51. De prioribus speciei  
rebus agit usq. ad §. 64. de patrimonialibus à §. 64. seqq.  
pene usq. ad 72. Ad hoc, quæ ille, quæ in facto consistunt vel  
simpliciter ad Camera possunt devolvi, vel non simpliciter  
sed ita, ut nim. devolvendis mediate aut immediate subiectionis



ratio haberi debeat. De prioribus dispositum à §. 61. usq[ue]  
ad 64. Deniq[ue] de ijs, quae non nisi per appellationem ad  
Cameram devolvuntur, quoniam per provocationem à iudicijs  
inferioribus isthuc transferunt, itaq[ue] alia sunt ordinaria, alia  
quodammodo delegata; De ordinarijs illis iudicijs Auctoritas  
disponit usq[ue] ad §. 81. de illis autem, quae quodammodo sunt  
delegata, usq[ue] finem capitis. Sunt autem omnia illa ita  
clare et accurate ab Auctore proposita, ut ulterius illustrare  
non opus sit, et excederet etiam modulum compendij iuris  
publici, legi tamen cum primis merentur doctissima quaedam  
huius argumenti Scripta, cuiusmodi ferè sunt Bailij, ob-  
servat. et de arresto Imperij; Rodingij pandectae came-  
rales, Laurmeisteri de iurisdictione Imperij opus, Mindam-  
libri de processibus, Denaisij praeclearum Scriptum de ordi-  
natione Camerae, Spanmanni, item Magini et aliorum  
doctissima Scripta.

§. 76. Quoniam iam pridem ita sese res habet, quomodo  
Carolus M. videatur ita Imperium Leip. composuisse, ut  
omnis iurisdictionis inferior non nisi suo iure Magistratui  
cuicq[ue] fuerit commissa. Quoniam admodum etiam apparet  
ex contractu int[er] Saxones et Carolum M. inito, quem  
alias explicavimus, altamen paulo post deficientibus

paucatim viribus Francorum Region, etiam Carolinae familiae  
 et ducibus et comitatibus, quae nomina utiq; comprehendunt  
 potestatem iudicandi, facti sunt quasi hereditarii, atq; adeo  
 iam ex eo tempore passim per universam Regionem Francorum  
 atq; adeo et per Germaniam inferiores iurisdictiones ex parte  
 quae iure commercij teneri coeperunt. Quo ipso tamen Reip.  
 communi fortassis minus bene et consultum, utpote cum in  
 qualibet bene constituta, et quae sui iuris est, civitate, omnis  
 iurisdicchio, etiam inferior debeat dependere a sola summa  
 potestate, et quo magis hinc dependet, eo Reip. quae vis  
 sui iuris magis et arbitrii sit.

Ut olim. Respicit Auctor noster tempora Imperij Romani  
 veteris, minus bene tamen, utpote cum illa Reip. a nostra  
 plane sit diversa, inferni vero certum est, durante illo Imperio  
 Romano veteri, atq; adeo etiam Augustiniani temporibus omnes  
 iurisdictionem inferiorem fuisse tunc commissam iure Magistrato  
 in nullius vero Latrimonio privato ullam fuisse computatam.  
 Quod quidem Reip. bene constituta est optime conveniens,  
 a moribus tamen nostris alienissimum. Quamquam ex Taciti  
 libello de Germania constat isthac tempestate Germanos solitos  
 iudices, qui per pagos et vicos ius dicerent in Comitibus  
 populi constituisse, ac pinde etiam iudicia tunc data fuisse solo magistratus iure.

S. 79. Indulſit quidem. Ubeniora monumenta Im  
perij ſenſantibus haud difficulter apparet, poſt ſeculum 13.  
ferè pleriq̃ urbibus Imperialibus datum privilegium de  
non evocando ad peregrina iudicia. Similiter in A. B.  
omnibus Electoribus datum hoc privilegium à Carolo IV.  
Caſare, de non provocando à iudicijs Electorum. Ad hoc  
etiam Princeps non nulli creduntur talem immunitatem  
iam ante aliquot ſecula impetraſſe. Iterum eſſi de  
non nullis, uſum impetraverint, nec ne, incertum ſit, inſe  
nim tamen id verè eſt obſervatum, poſt inſtitutum Came  
rale iudicium, in lites magno deſiderio, et quaſi impetu  
fructo populo, ab hominibus non nullis male ſenſatis urbes  
quidem Imperiales plerumq̃ accepto beneficio ſeu privi  
legio q̃. renūciariſſe, vel non curariſſe quoq̃ itidem colla  
tam immunitatem plerumq̃ Electores, ut et nonnullos Princi  
pes, atq̃ adeo frequentiffimè ex eo factas appellationes  
à iudicijs inferioribus more hactenus nunquam uſitato.  
Quo quidem temp. omnem vehementer fuiſſe turbatum  
hodieq̃ negotia incolarum Germania perturbari, nullum  
eſt dubium. Verum crescente in immerſionem litiganti  
um illo pruritu et licentia provocandi paulatim, etiam  
poſt inſtitutum illud iudicium Camera, ceperunt nonnulli

ordines de novo sibi à Caesare comparare privilegia de non appellando, partim quidem simpliciter, partim vero habito certo summo respectu. Electores quoque qui hactenus rem suam negligentius curaverant, coeperunt majori diligentia ipsius illud suum defendere, imò vero quoad fieri licuit, etiam extendere. Etsi hinc haud paucæ quoque litæ sint exortæ, cui liquet ex illa controversia, quæ movetur Electorali Saxonica familia ortis Principibus, qui et ipsi sibi tribuunt illud Electoribus Saxonie datum privilegium de non provocando, pro de argumento legi cumprimis merentur libelli Andrea Knichenii, et Georgii Franzii, prædicationis Simonis Jani Actorum. At privilegia quidem illa, de non provocando à Caesaribus concessa, saltem illa, quæ data sunt post institutionem Spirensis Camere, magnam partem collegit Mindanius in Appendice libri sui 1. de Processibus. Singularem eisdem volumine edita etiam sunt hæc privilegia Francofurti seculi huius anno secundo. Verumtamen ex illo tempore multo magis crevit saltem privilegiorum concessio, et quidem usque adeo, ut hodie quidem intra angustos limites coarctata sit iudicij et Spirensis similiter et aulici Casarei iurisdictio. Num tamen eo ipso auctoritati magis

summa Reip. bene sit consultum, nec ne, merito dubi-  
taverim, utpote cum eo ipso auctoritas magis magisque  
in privatam possessionem redigatur. Certum tamen est,  
litium diuturnitati et multitudini haud parum eo obstiti-  
cui tollenda in gravis bene constituta Rep. operam quam  
maxime dandam, nullum est dubium. Et vero illum in  
finem non nullis in locis, et quidem nominatim in Ost-  
frisia convenit ex compromisso inter incolas, ut appellatio  
ad Spirense iudicium non habeat vim suspensivam seu sus-  
pensiva in iudicio inferiore lata, quoad executionem, sed  
factum devolutivam.

§. 82. Quandonam et qua occasione compromissa  
na iudicia coeperint, illa grae vulgo Germanice *Leibtrage*  
oder *Leibschlichtung* nuncupantur. Quomodo  
item illa paulatim mutaverint et tandem auctoritate publi-  
ca Imperij fuerint comprobata et ordinata, iam non actum  
est Disp. de iudicio §. 23. 61. 63. ut et 93. et 94. eaq.  
hic possumus repeti. Licet autem huiusmodi iudiciorum  
compromissariorum in varijs quog. familijs Principum  
multa alia vestigia hodieq. reperire. Ceterum parum  
illa habent hodie roburis, utpote cum careant vi execu-  
tiva, et ea potentioris sit cuiusq. ferè indoles, praesertim  
si accedant Patroni causarum et consiliarij magis sancti,

ut ultio, id quod rectum et iustum atq; per sententiam  
decisum est, actu ipso efficiant.

AD CAPUT XVII.

JUDICIO ROTWILLANO ET WESTPHALICO.

S. 1. De iudicio Rotwillano prolixè præ alijs agit  
Vehementer non illis fin. Auctore allegatis locis, verum etiam  
singulari sic satis grandi volumine. An verò illud iudici-  
um fuerit ab ipso Cesare Conrado III. institutum, nec ne  
non verò capent eo modo, quo etiam Magdeburgerse, priva-  
to nempe instituto, innotuit est, hodie tamen autoritate  
Cæsarea ius dicit, sed limitibus iurisdictionis vehementer  
restrictis. Quoniam verò illa, quæ S. 92. disputat de iudic.  
Imp. Germ. disserimus de iudicio hoc nostro, huic instituto  
satisfaciunt, non etiam est, quare de illo nunc quicquam addamus.

S. 2. De iudicio illo Westphalico iam hinc quædam à nobis  
notata sunt in eodem S. 40. Disp. de iud. Est autem illud iu-  
dicium utpote abhorrens ab omni recta ratione, paulatim  
per universam Germaniam abolitum, meretur legi Marquardi  
Freheri liber, cui titulus de secretis iudicijs olim in Westphalia  
usitatis cum tractatu Johannis de Francofurtia contra Ferre-  
ros. Meretur etiam observari simile aliquod iudicium à Friede-  
rico Bavarò Imperatore institutum fuisse in Comitatu

Tirolensi, cui liquet ex ijs, quae disserit Wihelg. Hum.  
part. 2. Synonym. Staumburg fol. 410.

§. 3. Ex quo post statum Leip. convulsor, compromissa  
sana iudicia, quae vulgo in Süßtrüg appellatur fuerunt  
instituta, ab illis nulla provocatio fuit permissa, donec tandem  
iudicium Camere Imperialis infregit religionem iudiciorum  
auctoritatem. Nec vero observare est, ullam ante hac factam  
a compromissarijs iudicijs ad Caesarem vel alios Principes  
magna auctoritatis provocationem, nisi forte consensu et  
litigantium partium, et eorum, quibus ex compromisso com-  
petebat iudicium. Ceterum postquam iudicium Imperialis  
Camere cepit, ut multa alia, ita et circa compromissari-  
iudicia haud plurimum a solita mutaverit.

§. 6. Ijs remedia suppetunt. Ita quidem se hodie res  
habet, verum an ex usu sit Leip. post pronunciatam etiam  
in camera sententiam, ulteriores moras permittere litigan-  
tibus, haud proinde facile apparet. Etenim vero certum est  
haec propter ratione lites in quamplurimos annos durare imo  
perpetuos penè effici, quo Leip. commodis nihil potest esse  
magis adversum. Et vero etiam si forte tolerandum, ut  
de ijs causis, de quibus in prima instantia camera pronun-  
ciavit, ulterius concedat revisio. Absurdum tamen est permittere  
hoc ipsum in ijs, quia de negotijs, quae per appellationem a prima  
vel secunda instantia ad Cameram sunt devoluta.

Eiusdem de Adictionis etc. rarissime vero solet contin-  
gere, ut post pronuntiatam sententiam Camera ipsa quomquam  
in integrum restituat, ne se videatur, propriam sententiam revocasse,  
aut iniustitiam facite damnasse.

## AD CAPUT XII.

### REVISIONE ET<sup>de</sup> SYNDICATU.

S. 1. Ad visitationem. Visitatores Camera non statim cum  
in causa Camerali ceperint, d. haud paulò serius. Et quidem tum  
tunc maxime, eamq. propter causam cum exortis disfidis  
religionis, Camera assessores secundum recepta iura etiam  
canonica pronuntiantes partim iniquiores sententias protestan-  
tium partibus fulissent, atq. adeo non videretur satis expun-  
ditis illis Cameralibus assessoribus litem omnium ultimam deci-  
sionem permittere. Observandum vero porro est, quemad-  
modum appellatio effectum habet non factum devolutivum,  
verum etiam suspensivum, ita pariter vim revisioni competere,  
utpote cum revisio reapse sit appellatio quaedam, etsi isthoc  
nomine audire non solet.

S. 2. Quo vero ordine. In ordinatione Camera Imperi-  
alis inter alios constitutus erat visitator Archiepiscopus  
Magdeburgensis. Hic vero tempore quidem lata ordinatio,  
nis Pontificiae Religionis fuit addictus, inde vero transiit



ad partes protestantium, ac proinde à Cesare et Ordine  
Pontificis non fuit agnitus, qd. verò Archiepiscopus, aliud  
tamen sentiente, non ipso tantum, sed et omnium protestan-  
tium numero. Hæc de causa itaq; quod visitationem ipsam  
nollent, Pontificij protestantes vellent, neutra verò pars  
alteri quicquam concederet revisio hærente sc. in dubio  
ipsa visitationis conditione, diu fuit in Imperio nostro intro-  
missa fore per 40. annos. Quod cum summa Reip. la-  
perniciæ plurimorumq; injuria esse factum, haud difficile  
paulo prudentiori curis apparet, utpotè cum plurimæ sen-  
tentia per petitionem revisionem ita manserint omnis exe-  
cutionis vacua solis gaudentibus iniquis possessoribus.  
Nec verò huius rei est certum datum aliquod remedium  
nisi demum per instrumenta pacis, ut alijs ita etiam hisce  
definitis.

§. 5. Circuli in subsidium. Diserte ita quidem cau-  
sum est in L. ordin. Cam. non dubitavit fr. Cesar Ludol-  
phus executionem proscriptionis à sese factæ urbis Romæ,  
Wertenis non circulo Specico, sed Duci Bavariæ committi  
mitter, idq; pretextu illo, quod penes Circulos tantum  
sit executio sententiæ à Camera iudicio latæ, non verò  
à iudicio aulico, nec enim hoc iudicium fore L. cam.

tibus: quæ res ingentes dedit turbar, factum illud Casa  
 pluribus Principibus improbantibus, us præsertim, qui foederi  
 uncti, unctorum postea appellatione inclauderunt, præsertim  
 cum ydem omne quodq; iudicium aulicum, illud tq. vitio con  
 stitutum causarentur.

S. 7. Atq; hi sunt. Auditor noster silentio ferè præterit  
 iudicium aulicum Casareum, quod vulgò dicitur *Größ Hoffrath*  
 appellatur, habetq; concurrentem jurisdictionem summam cum  
 Camera Imperiali, atq; ut more sunt res, camera auctoritatem  
 minimum debilitat. Ceterum de illo iudicio, et quidem, quem  
 modum sese habuerit circa initia anni huius seculi, a me  
 dicta nonnulla sunt Disp. de iudicio S. 100. Ex eo vero  
 nonnulla et ibi mutare ex præscripto instrumento pacis, præ  
 cipue in eo, quod de asessoribus processu iudiciario et  
 iudice pertinente loco revisionis, supplicatione ad Casarem  
 maiestatem, ac demq; visitatione sunt instituta S. n. 20.  
 integro, quæ legere et accuratè expendere operæ est præti  
 tum, utpotè cum simul nonnulla ibi contineantur ad Ca  
 meram Spirensis pertinencia, præsertim ea quæ ad asse  
 sorum Augustanæ Confessionis præsentationem faciunt.  
 Observandum verò est, unice in iudicio illo aulico non revi  
 sionem per visitatores adeoq; per alios iudices institui;

sed tantum ex arbitrio solius Cæsaris super sententiâ  
lata, novam aliquam censuram institui. Visitacionis vero  
græ Electori Moguntino est demandata, officium esse longe  
diversum ab officio visitatorum Camere. Merentur porro  
cum primis proq̄ expendi illa græ nuperrime in Comitibus  
Imperij Ratisbonæ sunt constituta, ut pote cum multa  
græ ad iudicium Camere cum primis spectant, aliam  
planè formam acceperint à pristina, et insignem in modum  
fuerint mutata.

Vicariatum tempore interregni. Vicarij tempore  
interregni quinam esse debeant, primùm videt̄ consti-  
tutum à Carolo IV. in A.B. Ceterum vicariatum  
illorum iura haud vacant controversia. Et quidem cum  
primis vicariatus Saxonicus multum hodie cepit esse  
dubius, quoniam disertis verbis in A.B. cautum est va-  
lere eum debere ijs in locis ubi iure Saxonico videntur  
hodie verò id ipsum fiat paucissimis in locis, Romanis  
iuribus passim præ antiquis Saxonis iam in usum  
ceptis. Causantur sane Principes ordinesq̄ Imperij  
apud quos iurium facta est illa mutatio ad sepe inter-  
regni tempore vicariatus Saxonici auctoritatem non  
amplius pertinere, et si quo tempore lata est A.B. et dicitur

pro rane. deest in liberatorum ordine, qui simplicitate  
 migrum esse iudicant, pro aliena Rep. bello decertare.  
 atq. qua tum apparet, ideo maxime q. nimis facile pretexto  
 bello ini. po. qua appeti, si ponas, aliena proq. Reip. saltem  
 bello q. erere licere. Ceterum etsi pretextus hinc nasci pos,  
 sint iniuri, non propter famem temere id negandum venit, utpote  
 cum nihil penè tam sanctum sit constitutum, quod per homi-  
 num injuriam nequeat aliorum et in primum sensum abripi.

§. 7. Licere aliena Reip. oppressa injuria aliorum succurrere.  
 nullum est dubium: at vero teneri quamvis temp. etiam  
 invitatum succurrere Reip. vicina, haud penè indubio  
 est. Cum primis vero semper in oculis habendum, qua sit  
 belli natura, quam servum prebeat auxilium, quamve  
 aliena belli anceps. Haec huc saltem videtur facile pa-  
 tere, o bellum aliena Reip. causa suscipiendum esse, nec mihi  
 demum, qn. mala, qua per militem aut militarem expedi-  
 tionem suam inferuntur, sunt leviora iis, qua patitur Resp.  
 aliena ab alijs oppressoribus, aliquin armis suis non serpa-  
 res temp. sed ulterius potius opprimeret. Si porro spes certo  
 urgeat victoria, nec enim quisquam tenetur sua in discrimen  
 vocare alienis liberandi causa.

§. 9. Gentes efferae et bruta posse iura, et quidem summo  
 tactenus bello peti, uti in gymon rationis redigantur, bene

demonstrat Auctor. Ceterum minime hinc sequitur  
dem gentes in perpetuam servitutem licere redigere bar-  
bari exiunda causa, perinde atq. creditum fuit olim  
Graecis et ex parte majoribus nostris, nec adeo praeferri Hispanis.  
Utrig. enim bellum illud omne nititur iure barbarici exi-  
unda, illa vero non exiuntur illata perpetua servitute sed  
potius propagantur, contra vero optime illa exiuntur, si barba-  
ris victis succedat educatio commoda et culturam melio-  
rem et bonos mores. Haec sane plurimos populos barbaros  
et exteros ad rectam rationem et morum elegantiam tra-  
ductos esse uis atq. experientia probat.

§. 13. Existimationem quoque. Existimatio alia est con-  
iuncta cum opinione veri et necessarii roboris, alia vero  
non nisi cum opinione potentiae cuiusdam iusto majoris  
illa laedi potest, et non defendi salva salute Reip.; haec vero  
potest. Haec laesa existimationis specie postrema, non statim  
iure bellum suscipi potest, priore autem laesa potest. Talis  
vero erat existimatio illa laesa, quam patiebatur Reip. Isra-  
elitica fonsis ignominiose Legatis, quos amicitiae offerenda  
causa David Rex ad Ammonitarum Regem miserat.

§. 14. Eam vero maiestatis propriam. Haec quidem sese res  
habet in oī Reip. bene constituta, ut se: nemini fas sit, bellum  
gerere, nisi soli summae potestati cuiusq. Reip. Ceterum ex

157  
pro auctoritas Cesarum ac Regum per Germaniam nostram  
causatam est deminuta, ex eo partim per pehulantiam nonnulli  
ordinum coeperunt bella gerere, nonnullis etiam necessitas  
est imposita belligerandi, invalido sc: ad pacem et sua reti-  
nenda legum et summae potestatis praesidio. Ideo simul  
et regia auctoritas cepit frangi Henrico IV. Imperatore,  
in non v. concedere post Fridericum II. ex eo universa  
Germania hic ubi bellis mutuis ordinum Principumq.  
vehementer laboravit quovis sibi sumente arbitrium belli  
et pacis. Nec vero ab hoc ferri more fuit decersum, nisi  
donec superiore demum seculo vinculis haud paulo arctiori-  
nis institutione nimirum illa circulatorum et publicorum ju-  
dicionum addita in pacis publicae fractores proscriptiois  
para, paci publicae non nihil solidae rectius cepit consuli.

§. 16. A. N. agit de solo illis bellis, quae universum Im-  
perium attingunt, non autem singulos ordines et Principatus.  
De tali autem bello decernendo solis comitibus fas esse, stabi-  
re, diserte iterum cautum est in sacris Instrumentis Art. 8.  
ubi sc: traditur, omnes ordines iure suffragii in omnibus  
eliberationibus super negotiis Imperii, si bellum decernen-  
dum, tributa indicenda, delectus a. hospitaliones militum  
constituendi, nova munimenta intra statutum ditiones exten-  
denda nomine publico, veterare firmanda praesidijs, nec non

ubi pax aut foedera facienda fuerint, gaudere debere.  
Nihil vero horum aut quicquam simile posthac unquam  
fieri vel admitti oportere, nisi de comitali liberog omnium  
Imperij statuum suffragio et consensu.

§. 17. Iuris est naturae, vim vi repellere licere, quicquid  
Reip. civis tenetur, pro vim Reip. salutem conservare. Hinc  
vero omnino sequitur et licere cuius ordinum, imò et sub  
ditione Imperij et simul convenire, vim pro toti Imperio  
inferri, praesertim si id fiat causa indicta aut de repente  
arce vim omnem pro toti Reip. inferri, etiam si ea de  
re non fuerit consultum in Comitibus Imperij.

§. 19. Haud reperire est ullum aliquod bellum pro  
communi Reip. salute esse gestum milite conscripto ante  
saeculum superius. Nec vero antehac milite mercenario  
bella gesta sunt, d. lecto et submisso in publicos usus a  
singulis ordinibus, sed itaq. demum cepit usus mercenari  
militis. Quod, quanto sit conjunctum cum damno universae  
Reip. satis dici non potest. Certi si perirent Germani  
vim militarem in milite mercenario collocare, vix fieri  
poterit, ut libertas publica sit salva, etiam a civilibus in  
vasoribus, tantum abest, uti potest esse tuta ab invasoribus  
externis, idq. ob penuriam pecuniae sine cuius inmani co  
pia miles mercenarius conducitur et haberi non potest. Ut

proinde summe intorhit Reip. redire ad pristinos mores,  
 et pro milite mercenario ubi delecto, ad exemplum omnium  
 majorum nostrorum, imò vero ad exemplum omnium Re-  
 nimp. veterum bene constitutarum.

§. 20. Sed Ferdinandi. Iterum vero jus foederum fa-  
 ciendorum, quæ quidem universum Imperium attinent, comi-  
 tijs omnium ordinum per instrumentum pacis transcriptum  
 et quomodolibet liquet ex verbis instrumenti lacis paulo  
 ante adductis.

## AD CAPUT XX.

### de JURE LEGATIONIS.

Jus Legationis est Juris gentium non secundarium, ubi Grotius  
 l. 2. c. 8. de J. B. et L. d. primævi, sive naturæ, id q. tali argu-  
 mento probari potest. Si natura constituit societatem quandam  
 inter diversas civitates, constituit quoque illam inter illa, sine  
 quibus societas conservari non potest. Atqui verum est ante  
 eadem, et consequens. Nisi enim securitas daretur Legatis,  
 nec negotia peragi, nec societas coli possent.

Cæsar in causis concernentibus universam Remp. Im-  
 perij nostri inconsultis ordinibus non potest mittere Legationem,  
 mittere Legationem est eius, qui habet curandorum nego-  
 rorum Reip. curam. Atqui Cæsar hanc Reip. curam non  
 habet. Et tamen, quatenus est Archidux Austria in rebus



privatis mittere Legatum propria auctoritate, quicquid enim competit omnibus ordinibus Imperij singulatum sunt, Id proq; Casari non denegandum. Atqui quilibet Princeps ius mittendi Legatum in negotijs suis habet. Et.

Sine interventu Legatorum. Apud Germanos noster ratione dignitatis atq; auctoritatis varie sunt Legatorum species. Alij enim Ambasciatores vocabulo peregrino, alij Legati, alij Legationes, alij Residentes, alij deniq; Agentes quorum omnium, si rem ipsam videas, idem penè est officium differentia in dignitate varia et merito hominum positivo arbitrio, et quidem consuetudinario iure, quod vel illi, qui mittunt, non pari sint auctoritate. Et quidem ex more soli illi Ambasciatores audiunt, qui mittuntur aut auctoritate publica s. Reipublice libere alicuius et sui iuris, seu summis potestatibus Regnum s. saltem à capitibus liberarum Reipub. Alii Legationes autem non nisi à Principibus, alijsq; libere Imperij Statibus solent mitti, Alii Legationes qui appellantur, solent mitti ab ordinibus municipalibus s. Provinciae alicui addictis. Residentes porro et Agentes non tam ratione mittentium differunt, aut munere agendi, quam ratione exteri cuiusdam splendoris, qui Residentibus major, Agentibus minor solet exhiberi. Papalium Legatorum proq; tres sunt gradus 1. Nuncios

apostolici, et quoniam maxime respondent Legatis ordinariis,  
non nunquam etiam Residentibus. 2. Legati à latere audi-  
unt, et semper est Cardinalis. 3. Nunciū cum potestate le-  
gati à latere, qui licet Cardinalitia dignitate non splen-  
deant, nihilominus eodem honore dignantur ac Legati  
à latere.

Quibus de Rep. cum exteris: Legatione uti non requi-  
ritur nisi cum exteris, verum etiam domesticis et civilibus.  
Hæc non unius est Legationis finis.

§ 2. Qui in Imperij communionem. Hæc quidem  
et si mores nostros spectemus, et usum vocabulorum:  
ut autem ante dixi, illi qui ab ordinibus mitti solent,  
pro alijs nomen sui Imperatoris sibi vendicant; perinde  
ut delegati ab ordinibus Provincialibus, si Imperator dicit,  
tametsi re cum prioribus illis idem sint.

§ 5. Absq. factæ pacis periculo. Verum id quidem  
est, si subditi de injuria rationem non instituant, at  
verò in instituta actione per leges quidem cessare  
arma debent et totum negotium iudicio committi. Simpliciter  
certè et quidem subditis auxilium LL. implorantibus  
non licet Principibus bello vel armis suos petere, nec verò  
ille d. ord. Cam. quam Autor adducit, contrarium  
proficitur, ut facile apparet conferentibus.

Et iuris. Fas esse Subditis saltem vim iniuriam  
huius defendendo procul arcere, late disputavimus in Disser-  
de regno, qua hic repetere et foret longum, et ab instituto ali-  
enim.

§. 6. Cuiquam Statuum. Diserti hoc repugnat Consti-  
tioni pacis publica, nisi tunc demum, quod iudicio a LL. auxilio  
nullus amplius locus super est. Nec aliud sibi volunt illi, qui  
ex ordinationi Camerali et Galio adducuntur, et si prima fronte  
possint videri non nihil adversa.

Principatum Privilegia. Recte monet Auctor noster,  
multa Principatum et Germania quoque civitatum privilegia  
quae appellantur, conjuncta esse cum summo Leip. detrimento.  
Vix tamen dixeris diserta quaedam lege cuiquam factam im-  
munitatem belligandi pro arbitrio: Inter Bohemica cer-  
te privilegia tale quid haud legas. Observandum vero ex  
quo moribus processus iuris forensis introductus est, quod  
coactos nonnullos vi sua teneri, invalido scilicet praesidio  
omni LL. et penè in ludibrium iustitiae forensi litigati-  
one procedente. Certè in quam multis nisi armis se huius  
vindictas frustra fueris in expectandis LL. vindicationum auxi-  
liis.

§. 8. Quia res in iudicio disceptari: Non semper  
cum extens in iudicijs licet disceptare, quoniam illi regi-

si auctoritatem et sententiam nostrorum iudiciorum.  
Imò rarissime videas extorcas quid cum Evocantibus s. Statibus  
Imperij de parte territorij Imperialis cum Statibus velle  
decorner. Itaq; qd hic quidem Auctor noster dicit, videtur  
rarissime habere usum, utpote quemadmodum raro contin-  
gat, ut exterus aliquis Princeps, praesertim si sit potens de  
parte territorij Caesaris, velit coram Caesare et alijs ordinibus  
disceptare.

§. 9. Neq; tunc puto: Evocantibus Historiam Germanicam,  
praesertim sequentium aliquot saeculorum, cernimus autem tempori-  
bus regni Henrici IV. haud difficile perspectum est, Status  
Imperij cum vicinis Regibus ac Principibus bella acerrima  
gerisse propria auctoritate pariter et proprijs impensis nullo  
Caesarum iuriam reclamante. Hactenus itaq; antiquis mo-  
ribus hic satis est conveniens talis belligerandi permissio.  
Imò veri commodum Reip. spectantibus patet, prout nunc  
quidem hinc mores, et qualis hodie Imperij tunc est Monar-  
chia licere singulis Statibus Imperij, si res ita exigat, bello  
petere vicinia Regna aut Principatus. Et vero hac con-  
suetudine usq; foederis Hanseatica urbes gravissima bella  
cum vicinis omnibus Regibus gesserunt non Imperatore,  
non aliquo Principum illud ipsum tanquam vitio et  
contra LL. factum improbante. Ceterum, si omnia omnia

perij nostri rectè sese haberent, atq; ideo illud  
unum corpus Reip. constitueret, nec defendere sese pro  
arbitrio, nec arma alijs inferre cuiquam statuon Imperij  
fas esset.

Sed ut hinc Imperij Statum: Disertis verbis caute  
est in Instr: pac: sect: s. num. et in quantum licet ordi  
nibus Imperij foedera inire cum exteris Principibus.  
Verba haec sunt: cum primis vero facienda inter sese  
et exteros foedera pro sua uniusq; conservatione ac secu  
ritate singulis statibus perpetuo liberum esto, ita tamen  
ne eiusmodi foedera sint contra Imperatorem et Imperium  
pacisq; eius publicam, vel hanc cum primis transactio  
nem, fiant salvo per omnia iuramento, quo quis Impera  
tori ac Imperio obstrictus est.

Foedera pro diversitate negotiationum expediendorum  
perquam varia, quod Grotius accuratè pertractavit l. 2. c. 1.  
de J. B. & P. Eoq; non licet Magistratibus inire, nisi sub rati  
ficatione superioris, quia non possent plenam potestatem agendi,  
sed vicaria dependente ac demandata.

Laesa autem quovis Principum Majestas. Quod Statum  
Imperij habent ius se suam defendendi adversus vim iniquam  
non tantum habet iure aliquo Majestatis, quam illa communi  
natura Lege: vim vi repellere licere. Quamquam oio caute



multis modis limitandum, prout alibi  
clarius asserimus.

§. 12. Ad privilegium pertinet: Si naves in Im-  
perio recepti a Fridenri II. usq. aetate recipiant, observare  
est conveniendia Principum multorumq. adeo fura, impruden-  
tia factum esse, ut etiam urbes et nobiles loca, quae forent  
invenirent, et inter sese et cum exteris nulla forent  
fate ipsorum et Principum suorum superiorum  
in quam plurima loca cum locis  
ipsos suae partes eiusdem cum suis  
convenisse. Et post usq. adeo i-  
te hoc finem hunc bellum  
a talibus forentibus et fo-  
tamen privilegium aliquo  
et nobiles loca

Manentium  
nam capent, et  
Latrum et n-  
plenus in  
pave ill-

et ideo illud  
et ipsi ordines fateantur non esse defendere se pro  
ullum inire, pro Caesare et Imperij iuri quicquam deroget


§. 13. Eodem fonte. In universum de quibus rebus  
agere licet, et ipsidem proo mittere licet delegatos. Quia  
tamen dignitas, quae honore soleant esse receptis seculi  
nostri in Imperij ordinibus Legati, iam hinc supra  
explicatae sunt.

§. 14. CAPUT XXI.  
de  
SINGULIS STATIBUS NOSTRI IMPERII.  
ne eiusmodi foedera sint, abentur usq; ad d. illa omnia  
parum eius publicam, vel aliena pertinet, ne pinda  
non, fiant salvo per omnia iura Illustris. Ne sequa  
tori ac Imperio obstructis est.

Foedera pro diversitate negotiationum, et rep. Imperij, quaque  
perquam varia, quod Grotius accurate dicitur pro civitate  
de J. B. & P. Eoq; non licet Magistratibus int. denotet Statu  
bitione superioris, quia non pollent plena potestate, sed  
sed vicaria dependente ac demandata.

Lesae autem quovis Principum Majestas. Quod in  
Imperij habent ius se suam defendendi adversus vim iniquam  
non tantum habet iure aliquo majestatis, quam illa communi  
natura Lege: vim vi repellere licere. Quamquam oio caute









1009



1009

